

100 Vergerius *varissimus. P. Paulus Vergerius, adica.*
in micromia vradha, adycy i. d.
Piok Anoliuski. tom 9. cz. 2. str. 28

DVÆ EPISTOLÆ

ALTERA ALOYSII LIPOMANI VENETI,

Episcopi Veronæ, Rom: Pontificis in
Polonia Legati, ad Illustrissimum
Principem D. Nicolaum Radiuilum
Palatinum Vuilnensem, &c.

Altera uero eiusdem Illustrissimi D.
Radiuili ad Episcopum, et Legatum illum.

Lectū dignissima, si ulla fuerunt nostra etate.

2. ad Thessal. 2. v. 8.

Reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus
interficiet spiritu oris sui, et destruet
illustratione aduentus sui,

Regiomonti Borussiæ excudebat
Ioannes Daubmannus.

M. D. LVI.


1956

*voy: Sausochi pag. 66. part. 1. v. Nachrichten von polnischen
var: Buch. Ver. Sausochi Biblioth.*

Kodak Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

© Kodak, 2007 TM: Kodak



Kodak Color Control Patches

© Kodak, 2007 TM: Kodak

Blue

Cyan

Green

Yellow



Red

Magenta

White

3/Color

Black





VERGERIVS.

MEMINISTI, Christiane lector, uerbi illius, quod spiritus sanctus protulit Deuter. capite. 28. Percutiat te Dominus amentia & cœcitate, & furore mentis, &c. Hoc nunc Papatui accidit, quem uidemus præ nimia rabie, quia uidet se spiritu oris Dei quotidie magis magisque in præceps impelli, & ruere amentem & furentem. Nam cum in tanta eius declinatione nulla certior ratio inueniri potuisset, qua saltem extraheret tempus, suumque improbissimum dominatum, & tyrannidem utcumque tueretur, quam si eorum hominum, qui sunt præcipua apud reges & Monarchas prudentia & uirtute præcipuaque autoritate, gratiam & beneuolentiam sibi moderatione quadam & dexteritate conciliaret, contra nunc Papatus facit, atque hos ipsos, summa iniuria, & contumelia excipit, tanta est superbia, tanta arrogancia, atque insolentia.

Quanquam uero hæc ubique maxima apparet in ea praua generatione, tamen nunc in publicum emitto, magna quidem

A ij ut







(ut soleo) cum alacritate & lætitia (nã de pa-
tefacienda deq; euehenda potentia & gloria
coelestis mei patris, deq; diffamando & con-
ficiendo Antichristo agitur) Aloysij Lipo-
mani Veneti, Episcopi Veronæ, Paparum
in regno Poloniæ internunciij, Epistolam
qua magis proditur illorum incredibilis in-
solentia, atq; arrogantia, addo etiam, impru-
dentia, cæcitas, & furor, quo nunc magis
sunt percussi, quam unquam antea.

Est enim apud serenissimum Sigis-
mundum Augustum Poloniæ summa uir-
tute, summaq; foelicitate regem, Illustrissi-
mus Princeps & Dominus, Dominus Ni-
colaus Radziuilus Dux in Olika, & Niesuis
Palatinus Vuilnensis, &c. in quem Deus,
natura, & studia plurima & maxima orna-
menta et plurimas foelicitates congesserunt,
tanta in uniuerso illo regno autoritate,
quanta (audeo dicere) nemo est hac ætate
apud ullum ex regibus, & Monarchis,
Hunc igitur optimum Principem, hunc in-
signem heroem, præclarus ille Episcopus
excepit impudentissima Epistola, lege ob-
secro, lege, nam hic subsequitur, atq; interim
cogita, qua superbia atq; immanitate cre-
dendum

dendum sit talem legatum solere excipere
medios et infimos uiros, si audet summos
tam indigne, & tanta barbarie excipere &
laceffere, tamen si uix crediderim fuisse hoc
de exagitando Illustrissimo Radiuilo sol-
ius Lipomanni consilium, sed iubente atq;
urgente Ioanne Petro Carapha nunc Papa
atq; Antichristo, omnium quos Romana
Sinagoga aliquando enixa fuerit arrogan-
tissimo, pertinacissimo, ambitiosissimoq;
scriptam fuisse tam insanam Epistolam,
nec sine purpuratorum patrum consilio,
nam scio morem, quum enim uident
aliquem ex potentioribus discedere ab
eorum placitis, si non possunt armis ul-
cisci, nec rapere ad carceres, ad rogos, ad
cruces, hunc saltem per suos emissarios
curant inurendum notis sempiternæ infam-
iæ, ut ipsi quidem stultissime putant,
nam ea demum est uera laus & gloria, mis-
sum facere Papatum cum omnibus suis
corruptionibus atq; idolomanijs, genui-
nam uero & germanam Iesu Christi filij
Dei doctrinam amplecti, & summa con-
stantia tueri. Sed iam lege Epistolam
attente, nam quale responsum tulerit pau-

A iij lo





lo post magna cum uoluptate, & magna
na cura admiratione leges.

Regiomonti in Prussia, Kalen, Octob.
M. D. LVI,


EXEMPLVM EPISTOLAE
Aloisij Lipomani Legati Pontificij.


Aloisij Lipomani Legati Pontificij
Epistolae ad Gregorium XIII. Pontificem
Maximum. In qua de reformatione
ecclesiae, et de alijs rebus
importantibus tractatur. Editum
a Gregorio XIII. Pontifice Maximo
anno 1585. In Regiomonti
apud Iohannem Petrum Carpentarium
typographum.

ILLVSTRIS
SIME PRINCEPS ET
Domine mi Colendissime.

Reverendus Dominus Adamus Conarski Regius Secretarius suis Literis die 15. presentis mensis Vilnae datis me Amplissima Dominationis tuae nomine salutavit certissimoque ab ea me valde amari, testimonio confirmavit. Qua de re etsi multis antea nominibus Illustrissima D. T. haud parum debebam, nunc cum illud etiam ad suorum erga me cumulum meritorum accesserit, ut absentem non oblita, ultro me per communem amicum nimium amanter saluere iusserit, non possum ei me non summopere devinctum fateri,

Hac tua fretus benevolentia, Princeps Illustrissime has ad te scribendas duxi, ut aliqua Amplitudini tuae suggeram, quae illi fortasse sunt ignota: Neque enim me Christiani viri aut grati hominis officio fungi arbitrarer, si haec illi patefacienda minime





nime curarem : quæ ut in optimam partem accipiat rogo, sunt enim ab amante animo candidoq; profecta. Ego quidem Clarissime Domine, cum adhuc Augusta Vindelicorum apud Serenissimū Romanorum Regem in Comitibus agerem quædam audieram de Excellentia Tua Clarissima, quæ mihi non placuerant, eam uidelicet a catholica fide penitus defecisse, et cum nouis hæreticis manus iunxisse, Certum uero huius rei signum mihi afferebant, quod cum illa ab instituto suo, (sic enim dicebant) discedere non uellet Serenissimus Romanorum Rex illi aperte prohibuerat ne sextis ferijs & Sabbatorum diebus carnes comederet, quoniam hoc esset contra sanctæ matris Ecclesiæ constitutum, Hæc inquit ibi tum audieram, sed postquam ad Serenissimum Regem nostrum ueni, et Illustrissimam D. T. allocutus, tanta morum probitate ac tam sanctis desiderijs uidi (fateor ingenue) omnis illa quam mente conceperam de ea sinistra opinio cito euanuit, uirumq; optimum & fidelem Christianum exinde semper arbitratus sum Illustrissimum Palatinum Vilmensem. Sed


Defector a fide.
Factus hæreticus.


Ergo nunc habes pro malo uiro & infideli Christiano.

Sed postquam Varssouiam sum
 ultimo loco reuersus ea ipsa, quæ Augustæ
 audieram, & illis longe deteriora non a
 uulgaribus hominibus, uiliq; plebecula, sed
 a magnis senatoribus, testibusq; grauissi-
 mis, in quos exceptio nulla cadere possit
 de tua Amplitudine audire mihi contigit,
 & tanto quidem animi mœrore quantus
 unquam mihi contingere potuisset. Quid
 uero erat, quod hæc audiens non maxime
 dolerem, cum te sum̄ opere non solum ex
 animo diligam, sed amem potius, uenerer
 et obseruem. Dixerunt enim Palatinum Antesigna-
 Vilnensem antesignanum esse hæreticorū nus hæretic
 in hoc regno. Ad ipsum tanq; ad asy- Asylumpe
 lum confugere pestilentes hos omnes in- stilentū no-
 nouatores. Ipsum domi et passim, quo- uatorum.
 cunq; in loco uigeat sua ditio atq; potestas
 altare sacrilegum contra altare pietatis, &
 cathedram Pestilentia contra ueritatis ca- Sacrilagus
 thedram erexisse. Ipsam communio- Pestilens.
 nem sub utraque specie non solum fouere
 sed primum in aulam suam introduxisse.
 Secum alere, qui blasphemias nouas blasphemio-
 has disseminant. Concionatores falsos rum, & falso
 admittere, qui Ecclesiam dei subuertant. Concio-
 onatorum.

B

Libellos





Libellos hæreticos non solum legere sed
& alijs legendos offerre & imprimen-
dos curare. Sacratissimam Eucharis-
tiam idololatriam nuncupare, eiusque rei
dederunt non exigua inditia, quod cum
Dominatio Tua Amplissima est cum Re-
gia Maiestate in Ecclesia, nunquã uultum
attollit in sacratissimæ hostiæ et calicis eleua-
tione, sed aut cogitabund^o faciem demittit,
aut literas fingit aliunde missas legere, Non
tenere Romanæ Ecclesiæ super omnes alia-
as primatum, neque Papam habere pro
Christi Vicario.

Dixerunt etiam illam credere ua-
na esse pro defunctis suffragia.

Non esse aliud Purgatorium, quam
Sanguinem Christi, Præbiteros debere
esse coniungatos. Sacra in materna lin-
gua euulganda. Aliaque tot & tanta de-
tulerunt, quot & quanta Lutherus ipse
cum uniuersa sua toto errante coelo Ger-
mania inuenire non potuit. Id etiam ad-

Fautor ne-
bulonum.

Perfidus Re-
gis consili-
arius,

diderunt, Excellentiam Tuam secreto foue-
re hos oēs nebulones et quicquid fauore
fidei per Regiam Maiestatem decernitur
arte


arte & industria sua euanescere secretisque
nūtijs agere ut n̄ ad quos ea res spectat, con-
trarium exequantur. Misisse etiam nunc
Geneuam seu Basileam nobilem quendam
ex domo sua, qui Calvinum, Laschi &
Lismaninum hæreticos aduocet & quot-
quot poterit inuenire, pseudomagistros
prurientes auribus adducat, qui contra ca-
tholicam doctrinam disputent quo Apo-
stolicam q̄ sedem Antichristi Regnum (ut
illi dicunt) Dominatio Tua Clementissima
appellare solita est, funditus euertere co-
nentur. Demum quicquid hæresos impie-
tatis & perfidiæ in Polonia regno inueni-
tur hoc infœlicissimo tempore totum id
Illustrissimo Vilnensi Palatino acceptum
refferunt.


Amator hæ-
reticorum,
& pseudomagistros.

Hæreticus,
impius, &
perfidus,
quid potest
atrocious.

Hæc inquam cum audiui Amplissi-
me Domine, ualde ut par erat commotus
sum doluique ex animo me hæc Vilna
non ita intellexisse, dedissem enim operam
pro tua in me beneuolentia et obseruan-
tia in te mea, ut his de rebus tecum priua-
tim agerem.

B n̄ Credie






Cur ergo
obtam gra
uē causam
Vuilnam
nō accedis
Lipoma,
nar


Credidissim uero pro Dei benignitate
& misericordia, & pro ea, que maxima est,
uis ueritatis, me a tua Excellentia non fu-
isse prius recessurum quam in partes Ece-
clesiæ, si ab illa deuiasset, facile concessisset,
idque sacre scripturæ autoritatibus, sancto-
rum conciliorum, decretis, ueterum, sancto-
rum patrum unanimi consensu, & totius
Ecclesiæ catholice obseruatione contem-
dissem. Quod quia factum non est, equi-
dem eo cruciatu maiore torqueor, quod
hæc ipsa que audio de tam magno uiro
meique amantissimo, dignitatis suæ splen-
dorem macula ea, quam nemo unquam
eluere possit aspergunt, Si hæc uera sunt
Illustrissime Domine, quæ de Amplitudine
tua circumferuntur mala sunt atque etiam
ualde mala, quibus nisi cito finem impo-
sueris uehementer horreo, corporis et ani-
mæ ac totius Clarissimæ domus tuæ
interitum, nam Deus (Credas mihi) non
diu hæc impunita dimittet, non dico tan-
tum in futuro sæculo, ubi certa erit damna-
tio, uerum etiam in præsentî. Et eius-
modi rei plura adducere tibi possem ex-
empla, quam capillos (ut aiunt) geram in
capite

capite, Sin uera non sunt, prout amor singularis quo Amplitudinem tuam prosequor, me credere compellit, saltem efficiat (oro) & modis omnibus curet, ne de illa tam horrenda & portentosa efferantur.

Id autem proculdubio consequetur si tantum studij deinceps in destruendis peregrinis doctrinis adhibuerit, quantum in evertendis rectis dogmatibus hucusq; adhibuisse prædicant. Nam cum Illustrissima Dominatio Tua sacris literis (quod sciam) operam non dederit non debet in negotijs fidei magistri officium suscipere et multo minus pati se tanquam leuem paleam omni doctrinae uento circumferri: Nam si cum talibus hominibus, cum quibus illa sentire dicitur, tantum Christus est, heu in quem angulum Regnum illius arctatum est: Si cum illis est Ecclesia, falsa est uox Patris filio promittentis: Dabo tibi gentes hæreditatem et possessionem tuam terminos terræ. Falsa est uox Prophetæ: Dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Falsum est & illud: Omnes gentes quascunq; fecisti uenient, & adorabunt coram te. Domi

B iij ne





Kodak Color Control Patches

© Kodak, 2007 TM: Kodak

ne & glorificabunt nomen tuum, Falsa certe ista omnia si tam parua eius hereditas & possessio facta est ut eam non nisi Germania paucaque Regni Polonia terrula possideant. Si hoc uerum est, iam Christus gratis mortuus est, qui tam paucissimos sua est morte lucratus. Si hoc uerum est Spiritus Sanctus ab hinc amplius mille & quingentis annis non fuit in Ecclesia quem tamen Saluator misit, ut esset nobiscum in aeternum, & doceret nos omnem ueritatem. Sed haec non sunt praesentis loci.

Claudio Princeps Amplissime Epistolam meam duorum grauissimorum sanctorum dictis: altero Athanasij Alexandrini Episcopi Ecclesiae catholicae columnae


Contra te adducis. » contra Arrium, ita dicentis. Haec fides est » quam Christus Apostolis tradidit, & ab » Apostolis ad nos usque peruenit. Nec » possumus eam in aliquo immutare, quam » constat nos debere ab initio ut data est fide » liter conseruare. Altero diui Hieronimi » contra Luciferianos dicentis: Breuem tibi » apertamque animi mei sententiam profferam


ram in illa esse Ecclesia permanendum quæ ^{Hoc quod}
ab Apostolis fundata usq; in diem hunc ^{q; contra}
durat. Sic ubi audieris eos qui dicuntur ^{te diferte,}
Christi non a Domino Iesu Christo sed a ^{nam in illo}
quoq; alio nuncupari, ut puta Marcionitas ^{la profus}
Valentinianos, Montenses, siue Campa ^{nos mane}
tes, scito non Ecclesiam Christi. Sed ^{mus.}
Antichristi esse sinagogam. Ex hoc
enim ipso quod postea instituti sunt, eos se
esse indicant quos futuros Apostolus præ
nunciavit. Nec sibi blandiantur, si de scrip
turarum capitulis uidentur sibi affirmare
quod dicitur, cum & Diabolus de scriptu
ris aliqua sit locutus & scripturæ non in le
gendo consistant sed in intelligendo.

Vos non in
telligit.

Hæc sunt Illustrissime Domine, quæ
cum animum meum valde stimulant
filere non potui. Ea uero charitate
scripta sunt quæ maior certe inueniri
non possit, Nouit Deus si Amplitudinem
tuam in uisceribus cordis mei gero idque
ob eius præstantes eximiasque uirtutes,

Nam





Nam quod olim de Saladino Sarra-
canorum Principe dicebatur, nihil ei ad uir-
tutem defuisse, nisi quod Christianus non
esset, id quoq; de te uir Amplissime merito
nunc dicendum uidetur, nihil tibi ad uirtu-
tum cumulum deesse, si eam, quam perse-
queris catholicam fidem fueris amplexus
si ea tamen, q̄ de te feruntur, uera sunt, qua
pro syncera mea in te charitate falsa esse
non solum cupio, sed uehementer exopto,
Bene ualeat Illustrissima Amplitudo Tua
meque sui nominis studiosissimum, atque
amantissimum semper fore confidat. Ex
Arce Louitij die XXI. Februarij
Anno M. D. LVI.

Illustrissimæ D. T. obseruantissimus.

AL. Lipomanus Episcopus
Veronensis, indignus Nun-
cius Apostolicus.

Inscriptio
Epistolæ.
Illustrissimo Domino Nicolao Radiui
Palatino Vulnensi, &c. Domino obser-
uandissimo.


VERGERIVS.




SATISNE IMPVDENS
uisa est tibi hac Epistola Chri-
stiane lector: Quid illud in pri-
mis, Demum quicquid HÆRESEOS, &
IMPIETATIS, & PERFIDIAE, in
Poloniae regno inuenitur hoc infelicissi-
mo tempore, totum id Illustrissimo Pala-
tino Vilenensi acceptum referunt: potuit
ne quicquam dici atrocius: Sed quot præ-
terea euomuit conuitia in tantum Princi-
pem: quot etiam blasphemias in doctri-
nam nostram, allatam e sinu coelestis patris
quam inepte, quam stulte sibi persuadet
nobis aliam esse fidem, aliam Religionem,
quam quæ a Christo filio Dei tradita est
Apostolis, & quam Apostoli docuerunt:
In summa prodidit hic suam non modo
imprudenciam, sed ignorantiam quoque
Reuerendus ille pater, ut pote qui nec sta-
tum quidem adhuc assequitur huius tam
celebris & decantatissimæ causæ, quæ hac
estate de religione controuertitur.

C


Quid






Quid interea Illustrissimus Radiumus
putauit ne accepta Epistola ulcifendam ini-
uriam sibi illatam petendam uicissim fa-
mam, existimationem, aut forsitan uitam
legati, ut Papista, ut Carnales faciunt? Ni-
hil certe minus, sed tulit æquo animo ac
condonauit omnia maledicta in se modo
iactata, imo, quod Christianum uirum de-
cet, orauit æternum patrem D. N. Iesu
Christi ut unguento spiritus sui sancti sanet,
aperiatque oculos illius cæci hominis.
Sed quæ iactata fuerant in nostram doctri-
nam, nostrarumque Ecclesiarum ministros,
petebantque recta honorem patris cœ-
lestis, hæc minime ferenda putauit, imo
scripta diligenti Epistola confutanda.
Confutauit igitur (quantum Epistola ra-
tio ferebat) firmissimis argumentis, atque
interim adidit nobis suæ fidei cōfessionem
ac patefecit se Ecclesijs intrepide, nec puta-
uit habendam ullam rationem illarum om-
nium rerum, quæ plurimos, ne se nostris
partibus adiungant, quum tamen agnos-
cant ueritatem, remorari solent. Quare
habemus certissimam ueluti arram ab illo
optimo Principe, qua sancte promittit se
omnes

Omnes suas opes, omnia sua studia, omnem
suam auctoritatem, sanguinem denique &
uitam omnem paratum esse profundero,
quo purior Euangelij doctrina contra om-
nem potentiam & fremitum mundi, reti-
neatur, & quotidie magis promoueat.
Nam ut scias rem omnem, Christiane lec-
tor, atque obiter tibi incipiam reddere ratio-
nem peregrinationis meae, peruasi e Bo-
russia seu Prussia in Lituaniam usque, dun-
taxat ut talem Principem uiderem, atque
alloquerer, audiui, sum allocutus, affir-
mo eum uere sentire spiritualem regeneratio-
nem, agi spiritu sancto, esse filium Dei, &
membrum corporis Christi, omnia haec qua
modo dixi, mihi Ecclesiarum Christi no-
mine, quasi stipulanti promississe, & propter
ea etiam consensisse, ut eius Epistolam
aderem, ac uerterem in Italicum, Agenda
certe maximae gratiae Deo pro hoc fratre,
p hoc tam magno ornamento, et praesidio,
quod addidit nostris Ecclesijs, & orand^o ut
illi augeat thesaurum fidei & spiritus san-
cti, atq; ut alios quoque huiusmodi excitet
nutritios, hospites, & patronos Ecclesiae
suae sanctae, p Christum Dominum nostrum.
Sed iam responsum lege. C h Re





RESPONSVM ILLVS
TRISSIMI PRINCIPIS
Nicolai Radiuili ad easdem literas.

REVERENDIS
SIME DOMINE AMICE
charissime ac honorande salutem
et Christianam foelicitatem.



QVOD REVEREN-
dam Dominationem tuam de
mea erga illam uoluntate Reuerendus Do-
minus Conarski Maieftatis Regiæ Secre-
tarius literis fuis certiozem fecerit, egit hoc
fane, ut uerum fatear me penitus inſcio,
Etfi etenim in eo ſermone, qui mihi ſecum
non ita pridem mutuo acciderat, multa
ſim de D. tua Reuerenda & amanter &
honorifice locutus, tamen ut ad eam defer-
rentur non putabam neceſſarium eſſe, Pro-
inde ſtudio quidem hoc in me ipſius,
quo Reuerendam D: tuam conatus eſt mi-
hi amicitiozem reddere non ſolum non im-
probo


probo, uerum etiam uehementer laudo
gratiasque illi ago plurimas. At quod
Reuerenda D. tua, pro hac mea quantula-
cumque declarari potuit humanitate et be-
neuolentia multum se mihi & debituram
esse & deuinctam fore asserat, non uideo
quomodo tantum sim de illa meritis, ut
qui ceteris quoque omnibus exteris, qui mo-
do Aulam Serenissimi Regis nostri adēūt
eadem omnia, mente eadem, libentissime
solitus sum præstare. Par est profecto
mea hæc Reuerendæ D. tuæ, cum alijs hu-
manitas nihil peculiare est, quod in ipsam
contulerim, communius hæc apud nos ex
maiorum more, & gratia & fortuna esse
omnibus solet. Itaque nec ego etiam
peculiarē aliquam nomine hoc a Reueren-
da D. T. expeto, exoptoue gratiam.


Satis est si id mihi redditur, ut animi in me
uni, meaque amica, & candida officia esse
apud se grata iucundaque sinat. Cuius
rei declarandæ ac testificandæ gratia, quod
Reuerenda D. T. pro uiri boni hominis-
que, ut præsert, in primis Christiani mune-
re capta istinc occasione non nulla mihi ig-
nota quasi, idque animo & candido & mei

C iij maiorem



46302






maio^rem amante ac studio^so, perscribenda communicandaque opere^ratium duxerit, non possum non fateri agnoscere me in eo, sua erga me gratissima uoluntatis non obscura inditia, qua^e ut eo etiam magis chara mihi sint, quum hic Reuerenda Dominationis tuae candor & singularis beneuolentia, tum uero aetas eius, non uulgari ut uidere licet condita humanitate effecit. Accepta ergo haec a me sunt omnia in partem (quod aiunt) optimam, & ita sane accepta, non quemadmodum Reuerenda D. T. arbitratur ignota, sed prorsus ut notissima, neque ut intra meos tantum priuatos sensus abstrusa atque recondita, sed ut saepe ante hac a me palam ac publice, et professa et multorum hominum oculis multis in locis, sine fuce, sineque omni simulatione obiecta. In quibus licet fortasse, qua^e mea sit sententia Reuerenda Dominationi Tuae confirmare uel ipso silentio possim, tamen ut ne hanc suam in me compellendo cohortandoque libertatem, uel neglectam a me, uel prorsus contemptam esse existimaret, respondendum illi breuiter ad singula duxi, eo modo eodemq^{ue}




IN primis autem scribit R. D. T. Cum non ita pridem Augustæ Vindelico- rum apud Serenissimum Roma: Regem aliquandiu ageret, audisse se quidem de me quæ illi minus placuissent, nimirum me a Catholica fide pœnitus defecisse manum etiam cū nouis hæreticis iunxisse, ei⁹ rei alla- tum ad se iudicium, me cum discedere no- lim ab instituto, aperte a Regia Maiesta- te prohibitum esse, ne, quoniam id contra sanctæ matris Ecclesiæ erat constitutum, Sextis ferijs & diebus sabbatorum carnis uescerer.

Ex his sane ipsis R. D. T. uel facillime existimare potest, quam ego sermones illos qui tunc ibi de me uulgabantur, esse mihi uoluerim ignotos, cum ea quæ domi facerem sic essent intra eius parietes fores- que conclusa, ut non solum in uulgus ip- sum, sed & ad Regiam Maiestatem statim prorumperent, cuius iudicium & autorita- tem si cuiquã in ea parte parum uidebar ue- ritus, multo minus moror, quin etiam ma- ximopere letor ea & R. D. tuæ, & sui similibus non potuisse probari, pro com- perto confirmatoque habens, ab eius loci atque

atque ordinis hominibus, quæ recta sunt
pro malis, quæ mala pro recte factis cense
ri. Sic apud Euangelistam homines eius
dem farinae scribæ et Pharisei, Christum Do
minum orbis, et saluatorem uniuersi mun
di, publicanis conuersantem, agrum in Sa
bato curantem, Apostolos uellentes in die
festo spicas, ut manifestos legum latarum
transgressores uiolatoesque calumnie
accusant. Accusatur & Paulus Aposto
lus, uas misericordie Dei selectissimum,
multarum gentium doctor, ab oratore Ter
tullo, primum coram Anthonio Fœlice
postea coram Portio Festo, Iudeæ præfidi
bus, cum de multis criminibus alijs, tum
præcipue de perturbato, pesteque maxima
infecto uniuerso terrarum orbe, In quem
modum cum & ceteri quoque Apostoli
multique alijs sanctissimi uerbi Dei præco
nes ab illis sumbriatis legum, traditionum
que custodibus, & interpretibus criminati
sint, minime uideri mirum debet, me qui
tantummodo auditor sectatorque eorum
sum doctrinæ, hæreseos seu ipsius Christia
næ sanctæ catholicæ fidei, defectionis nota
ri, Subijcitur uero huic ipsi calumniæ, pro
D inditio







inditio, ceu quodam certo, firmo & infalli-
bili argumento, ipsaque ut aiunt, notissima
quadam demonstratione, eius carni-
um, mihi tunc ibi diebus prohibitis, & uulgaris
& usitatus.

Sed quantum id ad fidem catholicam,
uel declarandam, uel confirmandam, aut
infirmendam habeat momenti, non sane
conspicio. Cum ipse Iesus Christus Do-
minus & doctor noster, sanctæ suæ Eccle-
siæ caput, Summusque Pontifex manifeste
predicet. Non quod ingrediatur in os,
impurum facere hominem, sed illud quod
egrediatur ex ore. Quo argumento ma-
nifestissime confutat Phariseorum in die-
rum obseruatione, ciborumque delectu ob-
stinatam cæcitatem, dicit enim Apostolis,
Phariseos ex eo uerbo scandalizatos esse,
referentibus, Sinite inquit eos, Cæci sunt,
& duces cæcorum. Adhucque commina-
tionem. Omnis plantatio, quam non plan-
tauit pater meus cœlestis, eradicabitur.

Hinc facile iudicari potest, quid carni-
bus sit cum fide catholica commune.
Nam & ipse diuus Paulus, summus eius
fidei propagator, Colossensibus scribens,
nemo

nemo igitur, ait, uos iudicet, de cibo & po-
tu. Item ad Titum. Omnia munda munda
dis, inquit, Coinquinatis autem, & infideli-
bus, nihil est mundum. Et diuus Augusti-
nus, Non ex ipsa earum rerum natura, qui-
bus utimur, sed ex causa utendi, & modo ap-
petendi, uel probandū, uel improbandum
esse, quod facimus, admonet, fieri enim pos-
se, ut sine aliquo cupiditatis & uoracitatis
uitio, preciosissimo cibo sapiens utatur,
Inspiciens autem, foedissima gula flamma,
in uilissimum olus ardescat: Multa docto-
rum similia his, nisi breuitati consulerem,
possent comminisci. Noua hæc est, non
Ecclesiæ, ut Reuerenda Dominatio tua pu-
tat, sed quarundam paucarum in Romano
Pontificatu, personarum, uel potius perni-
ciosissimarum pestium, in dierum obserua-
tione, ciborumq; delectu, superstitio, fa-
cile si liberet, & nisi Dominationi tuæ no-
tius id quam mihi esset, nomina hic eor-
um, quæ quis quo tempore, & qua
libidine in Ecclesiam adsciuit, enume-
rare possim. Quorum execranda te-
meritas, & audacia, quia antiquissima-
rum Synodorum decretis, Martini
D 9 Papæ





Papa, Anticyranæ, Bracarenſi, Toletana,
damnata reiectaque eſt, neſcio quomodo
quis eſſe conſtitutionem Eccleſiæ affirmet,
quod ſemel ipſa Eccleſiæ autoritas &
damnauit & repudiandum eſſe perpetuo
cenſuit, ita, ut qui clericus olera cum carni-
bus cocta, quaſi illicita, propterea que ſper-
nenda atque execranda non manducaret,
aut ſaltem deguſtaret, eum tanquam here-
ſeos ſuſpicionem a ſeſe non remouentem
ipſo ordine offitioque deponat. Ipſumque
Epiſcopum, qui in eam dignitatem aſſum-
mendus ſit, inter cætera examinandum iu-
beat, an carniū perceptionem non culpet.

Hiſ & plerisque alijs argumentis, ra-
tionibus, ſcripturis, doctorum authorita-
tibus, conciliorum decretis, denique ipſius
etiam urbis Romana, in qua in hunc uſque
diem, omnibus temporibus, carnes eſſe,
ſine discrimine in uſu dicuntur, exemplo
adductus, & edebam tunc, ut ferebar, car-
nes, & nunc abſque conſcientia in Chriſti
nomine, cum gratiarum actione, edo. Ne-
que propterea, ut iam declarauit, uel here-
ticum me, uel Chriſtiana catholica fidei
deſertorem puto.


At


At a Regia Maieſtate, ut ne id face-
rem eram admonitus, agnoſco ſane, Sed ne
que hoc me defectionis arguit, neque ita
admonitus eram, ut abſtinerem penitus,
quo factum eſt, ut optimi, Chriſtianiſſimiq;
Regis, clementiſſimæ admonitioni, mo-
rem libentiſſime gerens, mihi nihil ſubdu-
xerim, alios qui ea ſuperſtitione tenerentur
non im mutauerim, iſs præſertim, quos uos
contra æterni immortalis que Dei, certum
& immutabile decretum eſſe ita uultis,
nefaſtis diebus.

Hæc ſunt Reuerende Domine, quæ
humaniſſimam tuam Dominationem in
prima hac ſuarum obiectionum particula
eſſe, breuiter, de ſenſu, intellectu, uſuq; meo
commonefactam uolui, Præter hæc nihil
prorſus eſt, quod ipſa me, uel aliter quam
ſcripſi, ſentire, uel ut ſentiam adduci poſſe
aliquomodo putet. Nunc de iſs quæ
ſubſequentur.

Scribit R. D. tua, hæc ſe ibi quidem
de me, ut præfatum eſt, audiuiſſe, Sed poſt-
quam ad Sereniſſimum Regem noſtrum,
uenit, meque allocuta, tanta morum probi-
tate, ac tam ſanctis deſiderijs ornatum ui-

D ij dit





Kodak Color Control Patches

© Kodak, 2007 TM: Kodak

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
[Patch]	[Patch]	[Patch]	[Patch]	[Patch]	[Patch]	[Patch]	[Patch]	[Patch]

dit, fateri ingenue, omnem eam, quam de me conceperat mente, sinistram opinionem, euanuisse statim, & exinde semper arbitratam esse, quod Palatinus Vilenensis, uir optimus et Christianus sit, plane fidelis.

Hic ego quod rescribam, prater id nihil habeo, quam rem me quidem magnam existimare, & in consequenda uera foelicitate insignem, ac praestantissimam, Si quis inter alia, quaesse probro & dedecori solent, hominibus sinistra de se apud omnes opinione uacet, Cum in his ciuilibus externis actionibus, & forensi administratione, tum uero uel maxime in sacra catholica fide, pietate & religione, cuius malum exemplum, multo tetrius, detestabilius, nocentius, ac perniciosius est, Reipublica Christiana, quam eorum, qua in moribus, & ciuili societate uersantur, tamen quod opinionem eam Reuerenda Dominatio Tua, sic conceptam, e mente eiecerit, a quibusque ac moderatius de me sentire inceperit, id me parui admodum, uel nihili prorsus, & facere & existimare. Quemadmodum enim tunc, cum mea cuiusmodi uiuendi

uiuendi ratio Reuerenda Dominationi
tua displiceret, cura mihi non fuit, ut pro-
baretur, ita quoque ne nunc quidem, cura
mihi multum est, Si opinionem, quam
ego libentissime tuli, quam conceperat,
mutata, aliter quam de me senserat, sentire
incipiat

Proinde & repetere, resumereque Re-
uerendam Dominationem Tuam, pri-
mam de me opinionem patior non inui-
tus, & laudari me ab illa, nomineque fide-
lis Christiani, cum ipsa, ut hinc conijcio,
nihil minus sit, quam Christiana dignari,
non magni facio, esseque mihi summa cura
& diligentia cauendum, existimo, ne
cum illa, illiusque similibus religio nis
Babilonica, purpuratis, galeratisque satel-
litibus, Christi & uerae catholicae fidei,
coniuratis hostibus, quicquam quod ipsi
filij Dei uiui, manifesto uerbo contrarium
commune uel habeam, uel etiam aliquo-
modo sentiam, iuxta praeceptum eius-
dem. Cauete uobis a falsis Prophatis.


Sub
stem R. D. etc. si libuit, ex me ipso,
omnia

Kodak Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

© Kodak, 2007 TM: Kodak

cm 1 2 3 4 5 6 7 8
Inches 1 2 3 4 5 6 7 8





Subiungit quoque ibidem R. D. tua, cum ultimo loco redisset Varschouiam sibi ea ipsa, quæ Augustæ audierat, & illis longe deteriora, non a uulgaribus hominibus, uilique plebecula, sed a magnis Senatoribus, testibusque grauissimis, in quos exceptio nulla cadere posset, de me contigisse audire, & tanto quidem animi mœore, quantus unquam illi contingere potuisset. Quid enim, inquit, erat, quod hæc audiens, non maxime dolerem, cum te sum opere, non solum ex animo diligam, sed amem potius, uenerer, ac obseruem?

Mihi uero, quo tempore, hæc R. D. tua, ita de me Varschouia, audiebat, nihil gratius potuit accidere, quam quod ea ipsa sint, non a leuibus, uanisue hominibus, sed a Senatoribus magnis, grauissimis testibus relata. Quid enim homini pio, uera religionis studioso, optime sibi conscio, potest in uita iucundius accidere, quam si earum rerum, earumque actionum, quæ, si Christiani sumus, palam, publiceque nobis & amplectendæ & prosequendæ sunt, tam præclara testimonia habeat? Potuit quidem R. D. tua, si libuisset, ex me ipso, omnia

omnia præfens, quam diu hic erat, fufius ac
locupletius, cognouiffe, difsimulaffe nihil
omnia ad ipfum, ut aiunt, unguem, ut fen-
tio, liberrime, libentiffimeque effudiffem.
Quæ fi mala aut falfa efferent, & reprehendi
errorem, et familiariter corrigi permisiffem,
fuiſſemque illi, ipſe, hac eiufmodi confeſ-
ſione de me ipſo, religioneque quam ſe-
quor mea, tam certo, tamque firmo testi-
monio, quam fuerint hî, in quos ipſa, nullam
poſſe cadere exceptionem putat. Sed
quoniam ita accidit, ut ex alijs, eiſque non
uulgaribus, iſtam ſuam de me opinionem
Reuerenda Dominatio tua confirmaret,
non fero moleſte, quin potius, magnam
ex eo uoluptatem capio, quod quæ ego
omnium oculis, apertiffime proponere de
me ſoleo, indicia, ea omnium habeantur
in ore.

Hoc Reuerendæ Dominationi tuæ, ut
ſubiungit, dolere, ipſe quoque uehementer
doleo. Nam quod me a ſe maximo pe-
re, non diligi ſolum ex animo, uerum eti-
am & uenerari, & obſeruari, ſcribit, ignoro
qualis ea ſit futura dilectio, quæ per ſucum
lenociniumque uerborum, in dolorem
E uel






vel potius inuidiam, propter piam, honestam & Christianam uitam desinat. Id ut eo illustrius sit, ea quibus Reuerenda Dominatio tua esse sibi partum scribit dolorem, referam, sic enim inquit.


Dixerunt quippe, Palatinum Vilenensem, antesignanum esse hæreticorum in hoc Regno, ad ipsum tanquam ad asylum confugere pestilentes hos omnes innouatores, ipsum domi, & passim quocumque in loco uigeat sua ditio atque potestas, altare Sacrilegum, contra altare pietatis, & cathedram pestilentia contra ueritatis cathedram erexisse. Ipsum communionem sub utraque specie, non solum fouere, sed primum in aulam suam introduxisse, secum alere, qui Blasphæmias nouas has disseminent, Concionatores falsos admittere, qui Ecclesiam Dei subuertant, libellos hæreticos, non solum legere, sed & alijs legendos offerre, & imprimendos curare. Sacratissimam Eucharistiam Idololatriam nuncupare, eiusque rei dederunt non exigua indicia, quod cum Dominatio tua amplissima, est cum Regia Maiestate

iestate in Ecclesia, nunquam uultum attol-
lit, in sacratissima hostia, & calicis eleua-
tione, sed aut cogitabundus faciem demit-
tit, aut literas fingit aliunde missas legere.
Non tenere Romanam Ecclesiam super om-
nes alias Primatum, neque Papam habere
pro Christi uicario. Dixerunt etiam
illam credere, uana esse pro defunctis suf-
fragia, non esse aliud Purgatorium quam
sanguinem Christi. Presbiteros debere esse
coniugatos. Sacra in materna lingua
euulganda, aliaque tot & tanta detulerunt.

Magnam equidem hoc, atque indi-
gestum, multarum grauissimarum quas
inquam Ecclesia habuit, disputationum
chaos est, quibus si ut illarum rationes,
postulant, respondere uellem, opus in-
immensam magnitudinem abiret breui-
tatemque quam mihi sequendam propo-
sui, longe excederem, neque tamen id
quod res exigit, consequerem.

Homo quippe sum, ut pratuli, au-
licus, militiae magis, rebusque foren-
sibus, quam studio Theologiae addictus.
Eni vero At





Atquia Christianus utique, cum multi-
multorum, huius quoq; ætatis nostræ, præ-
stantissimorum scriptorum, extent ea de
re, & graues & prolixi tractatus, non dis-
putandum quidem mihi de omnibus, sed
tamen, quid de singulis sentiam exponen-
dum ac declarandum duxi.


Ego igitur, socium me, non antesigna-
num, eorum, quos Reuerenda Domina-
tio tua, contumeliæ causa, per odium &
intemperantiam, hæreticos, appellat, & esse
& fore confiteor, ac lubens, Sequutus pi-
um exemplum Constantini Magni Imper-
ratoris, qui comministrum se quoque eo-
rum, qui Niceno aderant concilio, non est
dedignatus confiteri, nec moleste fero, ab
eo me hæreticum dici, qui ipse, cum Pa-
pista aut Romanista sit, nihil magis sit,
quam mere hæreticus, pro certo & confir-
mato habens, eam demum ueram Christi-
anamque religionem esse, quæ huic teter-
rimæ & execrandæ meretrici Babilonica,
sedem sanctam, ut Christus prædixerat,
nefarie occupanti hæresis dicatur. Sic
in eum nunc locum Romanæ uestre pro-
fessionis nomen, maxima quondam ob-
seruantia


seruantia cultum, deuenit, ut non maiori
iudicio opus sit hæreticum esse, quam si
Romanus sit, aut Pontificius. Si con-
tra Christianum & Euangelicum cum tali
bus hominibus mihi rem esse, tales mein
meam amicitiam, familiaritatem, consue-
tudinemque trahere, talium ad me concur-
sum, me non ferre tantum, sed & uehemen-
ter expetere, adeo non inficias eo, ut etiam
palam & publice prædicari ab omnibus &
sanam, & laudi id mihi maxime ducam.

Altare mihi porro est, non ut Reue-
renda Dominatio tua putat, Sacrilegum
sed Sacrum Christianumque prorsus, non
impietate, idololatriaue Pontificia profa-
natum sed Christi Apostolorumque con-
stitutione instructum. Denique non Ro-
manæ, aut Loretanæ Mariæ, ligneis uest-
ris dñs, & numinibus, re ipsa demonibus
Delphicis nuncupatum, sed ipsi æterno, &
uiuenti Deo nostro, erectum ac dicatum.

Illud omnibus, quæ Romana super-
stitutionis libido, inuexerat, & idolis & ab-
usibus repurgatum, feci ut in usu esset, non
expiandorum delictorum, non magico-

E iij ram






rum praestigiorum, incantationumue ex-
crandarum, sed in ipsius Coenae Domini, &
repetendae & commemorandae. Ex eo
omnes uestros, partim auro atque argento
inclusos Deos, Idola omnium abomina-
tione prosequenda, quae gentilitas coluit,
eieci, furta uestra restituti, sacrilegia reddi-
di, esseque solius Coenae Domini, puram,
incontaminatam ac ab omni scelere uacuum
mensam uolui. Sicut & Priscos mensas
suas altaria arasque nuncupasse Ignacius
scribit, quod ad illas preces funderentur,
panisque & uini esset distributio.


Cathedram quoque ueritatis, non pe-
stilentiae habeo, in qua non traditiones fig-
mentariae uestra (uniuersae Christi Ecclesiae)
pestes maximae, non Scothi, non Eckij,
non Cochlei, non Vicelij, non Pigij, aut aliae
quae uestrarum Bullarum sceleratae & ne-
fariae uoces sunt, Sed ipsius uiuentis Dei
uerum, certum & immutabile uerbum, per
Prophetas, Christum & Apostolos Eccle-
siae traditum, sine ullis humanarum con-
stitutionum phaleris, sonat, & cum reli-
gione docetur maxima, supra quod nihil
penitus

penitus esse puto, cui fides a quoquam
haberi aliquomodo debeat, presertim
cum id fieri sine maximo discrimine non
possit, iuxta illud diui Chrysostomi in
Genesim scribentis. Non credere his,
quæ in diuina scriptura continentur, sed alia
quædam ex propria sententia inferre, opi-
nor, plurimum periculi secum uehere,
his, qui talia audent.

In communione autem utriusque
Speciei, sciat Reuerenda Dominatio tua,
me Christi Apostolorumque sequi insti-
tutionem, ac speciem sanctissimi illius Sa-
cramenti, accipere utramque, auctori-
tate Testatoris ipsius, qui hoc nobis
Testamentum ita ordinauit, adductus,
sic enim inquit, Quicumque comederit
carnem meam, & biberit meum sangui-
nem, non morietur in aeternum. Et
diuus Paulus Corinthiis scribens ait.

Ego enim accepi a Domino, quod
& tradidi uobis. Confirmant uero in
eodem, cum multorum grauissimo-
rum Doctorum, maximeque Augustini,
Hieronymi,





Hieronimi, Ambrosij, & Chrysostomi,
non obscura testimonia, tum vero Gelasij
etiam Pontificis decretum, & memoran-
dum, & summa diligentique considera-
tione dignum.


Comperimus autem, inquit, quod quidam, sumpta tantummodo corporis sacra portione, a calice sacri cruoris, abstineant, qui proculdubio, quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integrum sacrum percipiant, aut a non integris arceantur, quia diuisio unius eiusdemque misterij, sine grandi sacrilegio prouenire non potest. Scribitque nonnullis Episcopis, ac præcipit, anathematizari omnes, qui accepto corpore Christi, abstineant a communione calicis. In hunc modum quoque, & Iulius Papa, Episcopis per Ægyptum, Illud uero ait, quod pro complemento Communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio testimonium receperunt, ubi Apostolis corpus suum commendauit, & sanguinem. Scorsim enim Panis & scorsim Calicis commendatio memoratur. Possem hic & alia multa commemo-
rare


morare quibus quo minus tam nefandum
& tam sceleratum, in denegatione alte-
rius speciei sacrilegium execrer ac abomi-
ner, adduci pertrahique non sinar.

Vtor itaque ego specie utraque, &
quotiescumque utor, & refici me, & ui-
uere plane sentio, secundum illud Augusti-
ni, Qui manducant & bibunt Christum
uitam manducant & bibunt, Illum enim
manducare, refici est, illum bibere, est uiue-
re. Sic omnium temporum puriores
Ecclesie integra hæc semper retinuerunt
Sacramenta, non diu est, ut Pontifices
eum suorum mitratorum scurrarum de-
testando collegio, laicos altero fraudau-
erint. Primum id Constantiense Concl-
liū, Anno ab orbe Redempto, M. CCCC.
XV. celebratum, ademit, contra cuius
tam indignam, & tam flagitiosam consti-
tutionem, Basiliense longa multa que dis-
putatione adductum, statuit, licere Bohe-
mis utramque speciem percipere.

Ex his constare liquidissime potest,
omnes hos, qui uel ipsi utramque speciem
non sumunt, uel alios quo minus sumant,
metu Papalium excommunicationum,

¶ prohibent






prohibent, non aliud quam ipsa anathema-
ta, ipsos Antichristos, ipsa satanae membra,
fures denique ipsos esse sceleratissimos, rei
tam sacrae, omnibus sine discrimine homi-
nibus Christianis, beneficio ipsius Iesu Chri-
sti Redemptoris Salvatorisque nostri
concessa, bullam submissam, cumque aliis
quibusdam mandatis & preceptis in
Quod uero blasphemus, rerum nouarum
disseminator, quod Concionatores
falsos, quod haereticos attinet libellos, Sic
Reuerenda Dominatio tua habeat, breui-
bus, Non fouere me Sacrificarios histrio-
nes, non Sacerdotes Pontificios, non Mo-
nachos cuculatos, denique non quos uestri
fermenti esse sciam, Ganeones, helluones-
que aliquos, ergo nec Blasphemus quidem
innouator, nec Concitatores falsos
fouere, cum nihil blasphemiarum, nihil
imposturae, nihil impietatis, & immode-
rata in tradenda falsa doctrina libidinis,
impudentiaeque sit, quod ista Pontificia
larua, turpissima, & plusquam Africa-
na monstra, lues, pestesque perniciosissi-
ma non contraxerint.


Concilio
prohibent

Concionatores; ego foueo, uiros bonos, homines & doctrina & moribus probatos, uera Christi doctrina & religione imbutos, non qui mihi canones, qui Decreta, qui somnia uestra referant, sed qui me de æterni, & immortalis Dei, perpetua & immutabili uoluntate, per Christum filium eius reuelata, per Apostolos tradita, atque confirmata, faciant certiore[m], uiamque domini planissimam, non illa prærupta Synagogæ uestræ diuerticula, ipsum fontem ueritatis, non cisternas uestras, ostendant, ac demonstrent.

Libellos autem, qui a uobis hæretici habentur, & ipse lego, & alijs legendos libentissime trado, pro confirmato habens, nihil quod a uobis non damnetur, bonum esse, quod uero non laudetur, malum, perniciosum, turpe. Horum nonnullos, partim sermone nostro patrio factos, partim ex Latinis, Germanicisque translatos, & dedi imprimendos antehac, & in posterum plures dabo. Arbitrorque me in hac parte, uiri boni, & hominis Christiani præstare officium, si unquam antea, certe hac ætate nostra,

F ij Eccle-






Ecclesijs Christi, quæ in isto Regno, istisq;
in prouincjs, Serenissimi Regis nostri, ue-
ritatem Euangelij, & amplecti, & agnos-
cere coeperunt, maxime necessarium.

Sacratissimam Eucharistiam, hoc est
ipsum Corporis & Sanguinis Domini
nostri Iesu Christi, Sacramentum, pignus
redemptionis nostræ certissimum, intra
ueri & legitimi usus, ab ipso Christo in-
stituti, ab Apostolis traditi, in primitiua
Ecclesia semper obseruati, metas positum,
pro re omnium sanctissima habeo, neque
quicquam ibi in eo idolatriæ fieri puto, si
in usu legitimo sit. Sed priuatas uestras
Missas, in quibus Cœnam Domini, ipsum
Eucharistiæ Sacramentum, turpissime pro-
fanatis, filium Dei a dextris Patris in for-
didissimas omnique scelere plenas Sacrifi-
culorum manus, magicis uestris incanta-
tionibus detrahendum, Phitonicis ac Pra-
stigijs inspirationibus, inhalationibusq;
de uita quasi uestra uiuificandum, ac ibi
Deo patri, pro uiuis & mortuis, pro pecca-
tis populi, pro sanitate, pro Successu rerum
foelici, denique pro ipsis etiam bestijs seu
pecudibus

pecudibus, ut cuiusque libido & temeritas
 fert, ad aras & idola uestrorum mortuo-
 rum Deorum, quibus a uobis honos Dei
 uiui tribuitur, turpissimi quaestus causa,
 offerendum, atque immolandum putatis,
 per templa, plateas, uicos circumfertis, au-
 ro argentoque includitis, certis spatijs in
 ciborijs uestris asseruatis, ut rem horren-
 dam, & omnibus execrationibus dignam,
 ita abominor, ut non modo intueri eam,
 uerum ne cogitatione quidem concipere
 sine metu possim, ratus hanc eiusmodi
 uestram idololatriam, non minus esse om-
 nibus pijs Christianis uitandam, quam ui-
 tanda erant Babilonica illa idola Iudaeis, de
 quibus a Propheta praemoniti fuerant, in
 Babiloniam abducendi. Iuxta illud etiam
 Iohannis, fugite a cultura idolorum, & il-
 lud Geneseos, abijcite Deos alienos, qui in
 medio uestri sunt & mundamini. Quo
 fit, ut repudiatis uestris eiusmodi idolis &
 superstitionibus, non latitantem, aut deli-
 tescentem in placentis uestris, ut uos uultis
 Iesum Christum Dei & Mariae filium, ue-
 rum Deum, & uerum hominem, sed a
 dextris Deisedentem, ibique cum iplo Pa-
 tris
 F iij tre





tre, perpetuo regnantem, inferiora hac pro
placito gubernantem, Ecclesiam suam sibi
hic & proferentem & seruantem in sæcu-
lum, colam, adorem, uenerer, ac intuoem.
Atq; utinam tandem aliquando, reiectis
his abusibus, nobis ueræ Missæ usus, qui
post tempora Apostolorum, ab ijs ipsis
acceptus, in Græca quidem Ecclesia tem-
pore Basilij, atq; Chrysostomi, in Latina
uero, tempore Ambrosij, Hyeronimi, Au-
gustini, ut eorum scripta testantur, obser-
uatus est, nobis restitueretur. Etsi etenim,
ut uidere licet, tunc etiam, Missa, nomen
sacrificij obtinebat, tamen apparet non ob-
scure, eam nihil aliud fuisse, quam gratia-
rum actionem, & cœnam publicam, ubi
in conuentu Ecclesiæ, corpus & sanguis
Domini populo distribuebantur, talem
Missam, inquam, ueri cultus, & ueri sacri-
ficij nomine, ueteres illi doctores nuncu-
pauerunt. Quæ uero postea ad eam tem-
poribus diuersis accesserunt cæremonia,
ut Cœlestini, Cyrilli, Syluestri, Simachiq;
temporibus, eas ut adiaphoras non im-
probandas, ego quoque existimarem, si
ijs abusibus, quibus a tempore Gregorij
Magni

Magni occupata, & plusquam onerata est,
repurgaretur: ab illo quippe primum pri-
uata Missa orta, in eam prophanationem,
eamque idolatriam deducta ac delapsa
sunt, qua maiorem & teteriorem nullam,
nulla unquam ætas, uel uidit, uel uidere e-
tiam potuit.



Ex his Reuerenda Dominatio tua fa-
cile colligere poterit, quæ mea sit sententia
de sacratissima Eucharistia, & de uestris
Pontificijs uenalibus, priuatis missis.


Nunc ad Primatum Romanæ Eccle-
siae transeo, de quo sentire & existimare
pro arbitrio, sine reprehensione, multo
magis conscientia posse quemlibet iu-
dico, præsertim, cum in eo ipso fides no-
stra sit minima obstricta, credamusq; san-
ctam Catholicam Ecclesiam, quæ sanctorum
communio est, non Romanam, non Con-
stantinopolitanam, non Hierosolomitam,
Antiochenamue, aut Alexandrinam, sed
eam, quæ per uniuersum orbem dispersa
est, propterea Catholicam seu uniuersalem,
non

Kodak Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

© Kodak, 2007 TM: Kodak






non ad certum locum, certam sedem, certum hominum ordinem, eorumque constitutiones alligatam, sed in sola Petri fide, hoc est Petri confessione, & fundatam & exstructam, quam diuus Paulus, Ephasijs definiens, Ecclesiam dicit esse iustorum, quam Christus adeo dilexit, ut seipsum exponeret pro illa, ut eam sanctificaret, mundatam lauacro aquæ per uerbum, ut exhiberet eam sibi ipsi gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, ut esset sancta, & irreprehensibilis, unde cum unam tantummodo Christi Ecclesiã esse, certum ac manifestum est, quomodo Romanæ Ecclesiæ, primatum aliquis concesserit? Si Christi esse debet? Nam si hoc fit, desinit esse Christi, et profecto, si uerum fateri licet desinit esse pridem, cumque istius adulterini tituli prerogatiua, nomen uerum amittit. Quid enim iusti in illo Babilone esse potest, quid mundi, quid uere gloriosi, quid sine ruga, sine macula, sine reprehensione, in quo, hic, quem uos esse Christi Vicarium dicitis, Papa, detestanda omnium abominatio, sede sancta nefarie occupata, sacrilega audacia, Cathedram Petri deiecit,

cx ca

ex ea sua crexit, titulum Christi sustulit, no-
men adulterinum subiecit, pro Ecclesia,
Regnum sibi huius mundi usurpauit, ut
esset uere is, de cuius gloria, sordidissima
illa hominum foeces, sectae suae Romanae,
ministratores, uerae Christi Ecclesiae uasta-
tores, ac expugnatores, dici coetus glorio-
sus, sine macula, sine ruga, sineque repre-
hensione possint. Is ipse profecto, est
uicarius Christi, de quo Daniel praedixit,
Consurget, inquit, Rex impudens fa-
cie, & intelligens propositiones, & robo-
rabitur fortitudo eius, sed non in uiribus
suis, & supra quam credi potest, uniuersa
uastabit. Concluditque & contra Prin-
cipem Principum consurget, & sine ma-
nu conterretur. Is inquam est, de quo
& diuus Paulus, ad Thessalonicenses, ait,
ipsa desolatio, homo peccati, filius perdi-
tionis, qui aduersatur & extollitur supra
omne quod dicitur Deus, aut quod coli-
tur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens
se tanquam sit Deus, uineam domini
exterminans ac depascens aper (ut hic
Sauonarola uestri, uiri optimi & christia-
nissimi, quem citra uel ultra annos centum
G Synagoga





Synagoga uestra impie ac crudeliter con-
demnauit, utar uerbis) siluestris & effe-
rus, porcus immundus, porcus superbus,
porcus luxuriosus, indomitus ac crudelis.


Hæc est huius uestri Vicarij ipsissima
pictura, hi colores, hæc accidentia, ex quibus,
qualem eum agnosco talem esse credo,
de ipsiusque eiusmodi Primatu, eius
etiam Ecclesiæ primatum metior. Quamuis
mihi non sit incognitum, quibus rationibus,
non ex successione, ut uos uultis,
sed ex indulgentia quadam, Synodus Chal-
cedonensis ei eam tituli prerogatiuam con-
cesserit, Cuius Canonem nisi Reuerendæ
Dominationi tuæ notum esse scirem, facile
hic subicere possem. (atque hæc ego de
Ecclesia ita quidem, ut eam diuus Paulus
depinxit, non quod illam esse, quasi quan-
dam tantum ideam Platoniam uelim
imaginatiuam, inuisibilem, cui nulli sint ma-
li intermixti, de doctrina tamen consenti-
entes, sed quia uos uestram Romanam,
eam ipsam esse dicitis, nempe Catholicam)
ut scilicet, ostenderem, quam sint diuer-
sa, & quantum inter se dissideant.

Vt autem reliqua tandem, quæ mihi
a Reuerenda Dominatione tua, ore quidē,
ut apparet, probo, animo tamen obijciun-
tur inuerecundo prorsus, breuiter expedi-
am, Sciat me in tota Canonica scriptura,
non inuenire, ulla esse, pro defunctis in-
stituta suffragia, quin uel ex sola parabola
Christi, illud certo certius consequi, ut uir-
gines prudentes, ita quoque omnes nos,
quod nobis in illa uita profuturum sit, in
ista comparare debere, neq; spem aliquam
in sacrificijs ponere, iuxta illud, holocau-
stis non delectaberis. Item Misericor-
diam uolo non sacrificium. Et Cypria-
nus aduersus Demetrium, aperte dicit,

Postquam hinc excessum fuerit, nul-
lus iam Poenitentia, nullus uenia locus est,
hic uita, aut amittitur, aut obtinetur.

Quapropter nec Purgatorium, post
istam uitam ullum esse, nec locus, quo nos
hinc abeuntes, purgari oporteat, extat ali-
quis. Duæ quippe tantummodo nobis
sunt propositæ in Euangelio uia, altera
salutis æternæ, damnationis altera.

G ij Qui





✓


” Qui enim, inquit Christus, bona ege-
” runt, ibunt in uitam aeternam, qui mala, in
” aeternam perniciem, & alibi, Qui credit in
” filium, non iudicatur, qui non credit, iam
” iudicatus est. Vbi igitur hic medius
” est locus? ex quo & iudicatum iam semel,
” retractata sententia, quae mutari non potest
” saluum iri, a talique iudicio liberari, & eum
” qui non iudicatur, iudicari tamen nihilo-
” minus contingat. Cum & diuus Augusti-
” nus, contra Pelagium, expresse dicat.
” Quod fides Catholicorum, diuina autho-
” ritate credit primum, esse Regnum coelo-
” rum, unde non baptizatus excipitur,
” Secundum gehennam, ubi omnis Aposta-
” ta, uel a Christi fide alienus, supplicia expe-
” rietur. Tercium autem, inquit, penitus
” ignoramus, imo nec esse in scripturis san-
” ctis inuenimus. Ethnica sint ergo oportet,
” hac de Purgatorio figmenta, Poeta-
” rum fabulae, instituta, decretaque haereti-
” corum. Quis enim plura philosopha-
” tus est de Purgatorio, quam Plato? quis
” copiosius scripsit quam Virgilius? quis
” primum ab Ecclesia credendum esse san-
” xit, quam is, qui defunctis suffragia con-
” stituit,

stituit, Pelagius Pontifex Romanus, &
post illum Gregorius, summæ atque præ-
cipuæ eorum quæ ab illo tempore adhuc
in Christi Ecclesiam truculenter sæuiunt,
& pestes, & furia:

De Præbiterorum uero, aut Sacer-
dotum coniugijs, etsi plurima scripturæ
testimonia adferre hic possem, quibus
mea confirmaretur sententia, tamen, quia
mea interest parum, sit maritus aut cœlebs
aliquis, dum caste uiuat, unicum adferam,
quo adulteria, fornicationes, scortatio-
nes, incæstus, cateræque uagæ libidines,
quia omnibus in genere hominibus, uni-
uersaliter prohibentur, probari potest,
quod eam ipsam ob causam, casta, legit-
timaque coniugia, omnibus etiam, ratio-
ne eadem non permittantur tantummodo,
uerum etiam præcipiantur, iuxta illud,
Pauli, Propter uitandas scortationes, ha-
beat unusquisque propriam uxorem.

Maximeque cum etiam præter id, &
ipsius Sextæ uniuersalis Synodi canon
xii. quem hic non grauabor ideo subij-
cere, idem prorsus & uelit, & decernat.

G iij Sic







„ Sic enim habet. Quoniam in Romania
„ Ecclesia, in ordine canonum esse cognoui=
„ mus traditum. eos qui ordinandi sunt
„ Diaconi, uel Præbiteri, confiteri, quod
„ non suis iam copulentur uxoribus. Nos
„ antiquum sequentes Canonem, Apostoli=
„ cæ diligentia constitutionis, Sacrorum ui=
„ rorum legales nuptias, a modo ualere uo=
„ lumus, nullo modo, cum uxoribus suis eo=
„ rum connubia dissoluendo. Item, Con=
„ cludens, deinde subiungit Si quis igitur
„ præsumperit, contra Apostolicos Cano=
„ nes, aliquos Præbiterorum & Diacono=
„ rum, priuare contractu & communione
„ legalis uxoris suæ, deponatur. Similiter,
„ Præbiter aut Diaconus, qui religionis cau=
„ sa, uxorem suam expellit, excommunica=
„ tur. Si uero in hoc permanserit, depo=
„ natur, Multi hic adduci possent similes
„ Synodorum, Conciliorumque canones,
„ ut Anticyrani, Constantinopolitani, Ni=
„ ceni, Gangrensis, Moguntinensis, Tole=
„ tani, &c. qui non modo non prohibent
„ sacerdotibus legales, & legitimas uxo=
„ res, uerum etiam anathemate percutiunt,
„ officijsque priuant, eos, qui uel tales a con=
„ iugijs

iugis arcere praesumunt, uel ipsi sese ab
eis, superstitione uana ducti, cohibent, aut
remouent. Vnde quis non consequitur,
uestris scortis, uestris cinædis, & id ge-
nus, quas ne cogitatione quidem compræ-
hendere potest aliquis, illecebris uestris
omnibus, quibus ipsos etiam Heliogaba-
los, ipsosque Neronas, longe superastis,
anteferenda multo esse, legitima, honesta,
& inuiolata connubia?

De Sacris uero in materna lingua euul-
gandis, sic uelim Reuerenda Dominatio
tua habeat, existimare me, omnes homi-
nes, debere laudem & gloriam Deo, debe-
re inuocationem, debere gratiarum actio-
nes, sed intellecta, ab ipsoque sensu cordis
profecta. Igitur & sermone eo, quem
is, qui hoc praestare Deo uelit, intelligeret.
Quid enim absurdius esse queat, quam
adesse quempiam, cui is sermo incognitus
sit, Latinis, Græcis, aut altera quacumque
lingua celebrandis sacris, in quibus quæ
sunt laudes, inuocationes, gratiarum
actiones, cum is etiam praestare Deo
deberet, ac illis cor animumque suum ap-
plicare, intelligeret minime?

Esset






Esset hæc mea certe sententia, nihil aliud quam spectatorem agere in scenâ, in-
tuerique tantummodo templorum mage-
nificentiam, altariorum ornatus, Sacerdo-
tum Præbiterorumque uestes, plusquam
phrigias, ordines Processionum, cande-
larum acies, sacrificulorum histrionicos
apud aram saltus, præter hoc, audire Cam-
panarum, Organorum, & tiliarum uari-
os impulsus, cantorumque lætiosos, &
plane Circeos concentus, denique quicquid
in uestris Papalibus sacris esse eiusmodi
deliriorum solet, id omne solis externis
concipere sensibus, nihil intelligere, nihil
sentire, cor mutum, surdum, cœcumque
gerere. Egregia sane sunt hæc talia,
uestrorum conuenticulorum sacra, in qui-
bus quantum caro uoluptatis accipit, tan-
tum contrahit iacturæ, & detrimenti ani-
mus. Ac scire ego quidem cuperem, Quid
Apostoli ab ipso statim suæ prædicationis
inicio, cum annunciandi Euangelij, sacro-
rumque seu Sacramentorum, ac sacrificio-
rum instituendorum causa, in orbem es-
sent uniuersum digressi, Quid inquam illi?
an id sermone fecerunt hæbreo? num Pe-
trus

trus in Ponto: Andreas & Philippus in
Scithia: Iacobus Hispania: Bartholomeus
India: Thomas Aegypto & Aethiopia,
num alio illi sermone praedicauerunt, alio
sacra & sacrificia instituerunt, quam qui
apud illas gentes atq; nationes, in usu tunc
fuerat habitus, & certe non alio. Quo fit
ut & ego iudicem ac sentiam, quo uerbi
ministerium sermone, apud quosuis diuer
fos populos annunciatur, eodem sacramen
ta & sacrificia debere quoque peragi neces
sario. Qui mos longo post Apostolos
tempore conseruatus, adhuc usque diem,
in Graecorum Ecclesijs habetur in usu, nec
adeo diu est ut unius cuiusdam domini
Apostatici, Apostolici uolebam dicere, sce
lerata impostura, qui primus in Constan
tinopolitana quadam Synodo, exhibuisse
ludicrum hoc affirmatur, Missa latina, ut
contagio quaedam pestifera, omnes Occi
dentis Ecclesias, celeriter penetrarit.

Addit uero *is* obiectis R. tua D. plu
ra adhuc alia, quae ut uerum fatear, nihilo
minus me quam priora offenderunt. Scri
bit etenim secreto me fouere, hos omnes
cuiusmodi nebulones, & quicquid fauore
H fidei






fidēi, per Regiam Maiestatem decernitur,
id arte & industria mea, euanesce. Secretis
que me hoc agere nuncijs, ut hi ad quos
ea res pertinet, contrarium exequantur.

Misisse etiam me Geneuam, seu Basileam,
qui Caluinum, Laski & Lismaninum,
hæreticos aduocent, & quotquot posset in-
uenire Pseudomagistros adducat, qui con-
tra Catholicam fidem disputent, & Aposto-
licam sedem, quam Antichristi regnum
appellare solitus sum, funditus euertere con-
entur. Demum quicquid hæreseos, im-
pietatis & perfidiæ in Polonia Regno in-
uenitur, hoc tempore infelicissimo, totum
id mihi acceptum referri,

Ego autem ita Reuerendæ Domina-
tionis tuæ, de me persuasum ac confirma-
tum uelim, me quemadmodum paulo an-
te iam commemoravi, nullos fouere ne-
bulones eiusmodi, qui obducant ueritati
nebulas, sed qui a uestro primum Anti-
christo, Papa Romano, dehinc a uobis ip-
sis, uestrisque satellitibus, tam purpuratis,
quam uilioribus illis, quorum numerus
nullus est, Stoicis simijs, & quos Corne-
lius Agrippa, catalogo quasi quodam com-
prehendit,

prehendit, Barbigeris, funigeris, restiferis
Saccogerulis, Loripedibus, lignipedibus,
nudipedibus, Nigretis, Grisonibus, Albi-
clamidibus, denique quotquot inueniri
possunt, morionibus, histrionibusque his
similibus, pestibus uniuersæ Ecclesiæ Christi
grauissimis, obductas, abstergant ac
remoueant, uiros probos, pios, Christianæque
pietati totos deditos, idque non secreto,
sed prorsus palam. His uere & pure
scripturas canonicas allegantibus, habere
plus fidei malo, quam Synagogæ uestræ,
meris & inexplicabilibus nugis ac figmen-
tis, nulla scripturæ autoritate suffultis,
iuxta illud Gersonis, qui dicit, in sacris li-
teris erudito, autoritatemque catholicam
proferenti, plus credendum esse, quam
Generali Concilio, quandoquidem quilibet
eruditus posset de Decretis Pontifi-
cum iudicare, Si Concilio generali, ergo
plus quam traditionibus, institutionibus-
que uestris, priuata libidine confictis.

Caterum in fauorem fidei, an aliquid sit
a Regia M. hoc meo illiusque tempore per
sententiam dictum, quia prorsus nescio,
utrum etiã quo minus exequeretur, per
me steterit, multo minus scio. H ij







Memini etenim me ut primum diuina gratia, meis ac maiorum meorum meritis, Regiæque suæ Maiestatis beneficentia, in senatum inclyti huius Ducatus, adoptatus sum, utque horum officiorum seu dignitatum, quæ in ista Republica nostra uel præcipua sunt, administrationi sum præfectus, atque præpositus, nihil aliud magis cogitasse, nihil magis dedisse operam, quam ut pro uiri boni Christiani sinceri, Senatorisque in primis & integerrimi, & fidelissimi munere, & meam, & Regiæ suæ Maiestatis conscientiam, tam in ciuili gubernatione, & rerum forensium usu, quam in fidei, religionisque causa, puram integram, ac ab omni noxa culpaque uacuum & immunem, quantum quidem in me sit positum, prestarem. Proinde non modo non impedio, quo minus uera fides & religio, per Maiestatem Regiam aliquid defensionis & patrocinijs consequatur in hoc Regno, uerumetiam ut quam maxime consequatur, rogare, orare, obsecrare, obtestarique nunquam desino, non uestra quidem hæc Pontificia, Romana, apostatica, sed uetus illa, cum ipso humano genere orata,

ta, christiana, catholica, apostolica fides & religio, hanc augeri, promoueri, proferri, illam uero, si fieri possit, ipso etiam momento funditus deleri, atque extirpari, & cupio, & Deum optimum Maximum, supplex oro.

Cuius rei causa, quod Reuerenda Dominatio tua, Geneuam, Basileamque, Calvinum, hominem nostra hac aetate, & doctissimum, & celebratissimum, Laskyus Regni Poloniae Baronem nobilissimum, praeterque singularem doctrinae laudem, magna pietate, & religione ornatum (cui propter praecleara maiorum in Republicam merita, & ius libertatis patriae, tutum liberumque est, etiam non uocato, dum libebit uenire). Lismaninumque (qui etiam, quod totam suam aetatem in Regis ministerijs, honestissime traduxerit, Si iam ut non obscura fama est, in Poloniae redijt, causam non uideo cur libere apud nos in regno libero diuersari non possit) accersendos misisse me, pro comperto exploratoque habeat, fallitur quidem in eo, sed tamen hoc illi certum esse uolo, sic me nunc istorum doctissimorum uirorum ui-

H ij dendorum







dendorū delūderio teneri, ut si scirem me
eos, aut alios etiam ex præcipuis illis qui
sunt in Germania Melanthonēs, Brentios
posse, in mea postulata aliquomodo per-
trahere, in eo uel præcipue, non seruitoris
tantum mittendi laborem conferendum,
sed etiam omnes opes facultatesque meas,
esse mihi experiendas putarem. Quos quia
R. D. tua, per insignem quandam, mini-
meq; obscuram malitiam, hæreticos appel-
lat, omnium hæreticorum, quos orbis ter-
rarum habet, maxime Hæretica est, falsoq;
mihi id, quod in Regno Poloniae hæreseos,
perfidia, impietatis alitur, adscribit & impu-
tat, Cum nihil ibi sit eorū, tam æthnicū, tam
impium, deniq; tam turpe ac tam detestan-
dum, quod ista Romana Babilon, Regē
num Antichristi, quam tu sedem uocas
Apostolicam, cum maxime multorū Chri-
stianorum clade, non inuexerit, Sed prope
est, ut ego credo, dies Domini, quo scylla
hæc, una cum ista sua tricipiti chimæra in
Principem Principum, tam saeuiter, & tam
truculenter debacchans, sine manibus, ut
inquit Prophæta, conterretur ac corruet.

in m... ..
m... ..

370
Ista sunt, Reuerende Domine, qua
& tua humanitas scire, cognoscereque ex
me penitus postulabat, & ego nisi illa
postulasset, nequaquam alteri cuiquam
priuatim, hac mea, uel defensione, uel cer-
te Confessione Apologetica exhibendam
iudicassem, praesertim cum non domi tan-
tum, hoc est, intra fines Regni & Prouinci-
arum Serenissimi Regis, & domini nostri
cognita perspectaque omnibus esse sciam,
sed & exteris plerisque, ita comperta, ut
nulla de illis probatione confirmationeque
egeant. Quo fit ut etiam magis mihi mi-
rum sit Reuerendam Dominationem tuam,
cui eadem de me prius Augusta erant cer-
tis quorundam sermonibus relata, nisi uni-
us horae spacio Varschouiae audiuisset hic
tempore satis longo, ubi frequenter una
fuimus non potuisse scire, cum utique ta-
men ego, nihil tunc ex eis mutaueram,
nihil quod de me illi subductum cuperem
uel simulaueram, uel etiam dissimulaue-
ram, ac ipsis etiam sacris, quibus me de-
misso, deiectoque uultu solere intera-
esse, relatum sibi scribit, cum illa saepe
eram, ita ut ea omnia, quae ibi resciuit,
certius







certius commodiusque hic illam, & uidere
& audire, denique ex me etiam ipso cog-
noscere potuisse, non immerito putem.

Quam rem non ita accidisse, quod Re-
uerenda Dominatio tua doleat, ut credam
adduci me patior, quod ego doleam, id ue-
ro ipse non mediocriter sentio, atque uti-
nam hoc sic euenisset, ut mutuas tunc no-
bis in ea parte dedissemus operas, illa in
quarendo, ego respondendo, fieri potuisset
fortasse, ut ego quidem ipsa docente, in sen-
tentia confirmarer, ipsa me confitente, ex
suisque allegatis uires & animum fumen-
te, in aliam transcenderet, ac mihi sese, quam
absens fecit æquiorē præsens præberet.
Si namque quemadmodum id se fuisse
facturam Reuerenda Dominatio tua præ-
tendit, canonicam scripturam in medium
attulisset, ex qua ego nihil dari eiusmodi
posse existimo, quod non magis pro me,
quam pro ipsa, non minus sit contra me,
quam contra ipsam futurum confidissimè
fane, ipsam suis uiribus confectam, ac spi-
ritus diuini potentia & afflatu, quam in illa
pestilenti doctrinæ Papisticae nebulis den-
sissimis interclusa aura contraxit, contagi-
one

one liberatam, pati potuisse, ut in ipsam ip-
sius Iesu Christi Ecclesiam, eiusque doctri-
nam, ex profundissima illa illorum flu-
ctuum abyssso traduceretur. Quod non
esse nobis fato quodam aduerso, minime-
que ut opinor propicio, concessum, eo eti-
am uehementius doleo, quod intellexi te
uirum summa alioquin humanitate prae-
ditum, quem tantopere expectabamus om-
nes, & in quo tanquam certissimo quodam
asylo, omnes nostras repurgandarum ab
idolatria, in hoc nostro Septemtrione, Ec-
clesiarum Christi spes reposueramus, in
sensum se prorsus diuersum dedisse, uelle-
que non modo, non repurgare errores prio-
rinos, uerum etiam summa cura, summo-
que studio confirmandos ac stabiliendos
conari. In quo si Reuerendae Domina-
tionis tuae perstat sententia, uereor, (quod
tamen ego, pro mente christiana cuperem
minime,) ne dum hoc maxime contendit,
celeriter corruat, neue dum se posse quaeli-
bet contra Christum tuto statuere putat, ut
Cerinthus & Arrius, praeter opinionem in
securitate pereat, post istamque uitam, Deo
uindicti iustissimo huius suae impietatis, det
I poenas,

Attende Li-
pomane.







pœnas; non eas quidem ut illius est opinio
purgatorias, sed gehennas aternas, nullo
uuo cessaturas. Non enim, credat mihi,
diu Deus hæc impunita feret, quod quan-
to est certius, tanto etiam illi maiori solici-
tudine & uigilantia præcauendum est, &
quod ipsamet etiam me ut timeam admo-
net, diligenter cogitandum ne non modo
sibi ipsi, sed & alijs quoque pœnas grauissi-
mas accersat. Quod enim horrere se Reue-
renda Dominatio tua uehementer, scribit,
& corporis & animæ, & domus meæ inte-
ritum, hoc ego ne ipsi accidat, horreo quo-
que, ut quæ eum, in quo omnes nos uiuifica-
ri oporteat, Iesum Christum, non modo
non amplectatur, sed persequatur etiam
studio quo potest maximo. De me au-
tem, cui ita Reuerenda tua humanitas,
ominatur, nihil habeo, quod adeo prædi-
cem, homo sum, nulla non parte, ut infir-
mitati, sic & humanæ quoque conditioni
subiectus, sed tamen, quia in uera Christi
Ecclesia, extra quam nulla salus, nulla ui-
ta est, confido, me animæque meam non iri
interitum, quandoquidem, nulla ut ipse
David

Dauid testatur, damnatio his est, qui in
domo habitant Domini, de quibus & ipse
dominus per Esaiam. Qui portamini in
meo utero, gestamini in mea aluo, inquit,
usque ad senectam ego ipse, & usque ad ca-
nos ego portabo, ego feci, ego feram, &
ego portabo & saluabo uos. Item per Ho-
seam. Ego saluabo uos non in arcu, non
in gladio, non equo, sed in Domino Deo
uestro.

Quomodo igitur ego mihi me-
tuere eiusmodi interitum debeam, qui in
eo coctus sum, cuius custos, defensor & sal-
uator est dominus. Calamitates porro,
arumnas, miseras, quibus Deus Ecclesi-
am suam, propter maiorem sui noticiam,
fidemque & inuocationem excitandam
affligi atque exerceri uult. Si quas ipse per-
miserit, ita feram, itaque patiar, non ut
casu aliquo, aut ab homine sed ut ab ipso
Deo, idque non in furore, sed in recto
suis iudicio ortas, neque me propterea ab
ipso, ipsiusque Ecclesia auelli abstrahiue
paciatur, sed quemadmodum nos ad se om-
nes uocat, qui onerati aut afflicti sumus,

ad






ad ipsum confugiam, ipsius opem, misericordiamque implorabo, & cum ipso Dauid clamabo, Miserere mei Deus, confirmaboque ac consolabor me eo ipso, quod dicit. Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & glorificabis me, ad quem enim respiciam ait, nisi ad miserum, afflictum, contritum spiritu, & trementem sermones meos. Bonus quippe est Dominus, & confortans in tribulatione, & agnoscens sperantem in se. His rebus testimonijque instructum atque confirmatum, non est quod Reuerenda Dominatio tua, uel hortetur, uel etiam speret, quem ope & misericordia diuina, nullæ calamitates, nullæ ærumnæ, nulli aduersi etiam præsentis casus, auellere a uera Christi Ecclesia & doctrina possint, illum metu eorum, hisque suis comminationibus non nisi in contrarium, ueris, quæ magis susceptum cursum excitant, ac corroborant, aliquomodo abstereri atque abstrahi, quin hoc sibi de me polliceatur potius, nihil tam magnum, tam graue, tam arduum, triste, aut tam horrendum fore, quod non prius sim libentissime subiturus, quam eam, a qua

qua ipsa me tanto studio conatur auellere
Iesu Christi agnitam ueritatem deseram,
ac in aliud me, hoc est, Antichristi uestri
Euangelium, transferri patiar. Efficiam
sane cor & spiritum meum confirmante
domino, ut quod me quoque Reuerenda
tua Dominatio monet, ne quoniam parum
admodum, aut prorsus nihil, ut scire se scri-
bit, sacris literis dederim opera, me ut le-
uem paleam uestrae Pharisaeica, impiae do-
ctrinae uento agitari sinam, cumque eam
ipsam ob causam Doctor esse nequeam, ex
emplo tamen, quantum id ex me fieri po-
terit, proximum doceam. Iuxta illud, Vni
cuique mandatum est de proximo suo. “
Item Luceat lux uestra. “

Ceterum quod Reuerenda Domina-
tio tua, ex multitudine, maiorique ho-
minum parte Ecclesiam Christi metiens,
miratur, si in eo catu tantum, cum quo ego
sentire me confiteor, Christus esset, in que
angulum Regnum ipsius coarctatum sit,
quandoquidem illi pater, gentes heredita-
tem, & terminos terrae possessionem datu-
rum se promiserit, dominaturumque a ma-

I ij ri





ri usque ad mare a flumine usque ad terminos orbis terrarum, ac omnes præterea gentes quascumque fecit, ad ipsum uenturas, nomenque suum glorificaturas dixerit, Hic ego ab illa contra quaesitum uelim, Si Romana Ecclesia, tantummodo esset Ecclesia, quæ certis iisdemque breuibus spatijs, circum scripta est, quantus iste futurus sit Ecclesiæ angulus, & quomodo supra dicta esse uera possint: aut si nulla prorsus Romana esset Ecclesia, num prorsus nulla in uniuerso mundo extaret Ecclesia? Atqui certissimum est, statim ab ipsa mundi creatione, cum ipso humani generis exordio, Deum uoluisse sui noticiam, in mentibus extare hominum, uoluisse se coli, adorari, sibi gratias agi, Propterea enim ad imaginem suam creauerat hominem, qui cum propter uiolatum eius imperium, prima illa dignitate, primaque illa diuinæ mentis luce, excidisset, non penitus pessundatus, sed tantummodo horrore pulsus, iussus est uitam ærumnosam, omnibusque miserijs, & calamitatibus plenam, traducere, in labore & sudore uictum

uictum querere, posteritatem per quam
Deus in perpetuum glorificaretur, cum
dolore & angustijs proferre, promissioni-
que de uenturo semine, in quo genus hu-
manum erat restituendum, credere. Ergo
& tunc erat Ecclesia, ab unius tantum uiri
atque mulieris consortio, quasi quodam
exiguo furculo, in multas maximas gene-
rationes, tribus, gentes, populos, qui in
eum usque diem, totum terrarum orbem
repleuerunt propagata, eaque non in ipso
stipite, hoc est, Adam, sed in promissionem
quæ Adam facta fuit, & fundata, & ædi-
ficata.

Ita statim ab ipso initio mundi
usque ad ipsius Iesu Christi, domini re-
demptoris & saluatoris nostri aduentum,
semper aliqua Dei fuit Ecclesia, spe pro-
missi seminis, Deum glorificans, & pri-
stinæ æternitati, ad quam conditi fuimus
se iri restitutum, credens, Qui coetus ita
credentium non semper ex æquo fuit mag-
nus, sed alias maior, alias minor, Non
enim uniuersa posteritas Ada, promissio-
ni crediderat, quin & inter ipsos eius filios,


alter

Kodak Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

© Kodak, 2007 T.M. Kodak

inches
1 2 3 4 5 6 7 8
cm
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19




alter malus, alter est reputatus iustus, ita ut per Mille. DC. LVI. annos propagata, propterque eius promissionis contemptum, diluuiio penitus & in uniuersum deleta, in solo Noach, illiusque familia totius mundi Ecclesiam reliquerit.


Hinc patet, quam magna tunc fuerit Ecclesia, & inter quos orbis terrarum terminos conclusa, exigua sane, misera, non conspicua, proptereaque a reliqua illa multitudine, & contempta & reiecta, Sic cum Sodomia interitura erat, in sola familia Loth, manserat Ecclesia, Cum Helias rape retur, septem tantum millia hominum, relictæ fuisse dicit dominus, quæ genua non curuauerant coram Baal, & ea quidem dispersa, oculisque minime exposita, ut etiam ipse Elias, solum se relictum esse, quereretur, Quid uero sub ipsum statim Christi aduentum, quæ nam Ecclesia fuit: num illa Pontificum, Scribarum, Phariseorum, qui promissionem de uenturo Messia, ad Regni politiaque restorationem, transferentes, Regem expectabant, armis & uiribus potentē, qui eos ab Imperio Romanorum liberaturus esset, æquisque legibus in

in pace & tranquillitate rectorus: An non
potius, Zachariæ, Simeonis, Ioseph, Heli-
zabethæ, Mariæ, aliorumque similium, qui
de Christi aduentu, ac eius spiritali Reg-
no, unanimiter consentientes, non Pontifi-
cum, non Scribarum, Phariseorumue, se-
quebantur deliria, sed ipsum Zachariam,
Simeonem, Annam, qui ueram eius do-
ctrinæ retinuerant sententiã docentes audi-
ebant, Iam uero ipsi⁹ etiam Christi tēpore,
quæ nam, aut qualis Ecclesia fuit, illorum
ne Pontificum, & Seniorum Populi, qui
sedem occupauerant, Prophatias, leges,
ceremonias, Iudicia, in manibus habebant,
Ius & potestatem interpretandi soli obti-
nebant, an uero eorum, qui Christum do-
minum mundi, saluatorem suum secuti,
omnia reliquerunt, ipsum docentem cum
reliqua plebe, illaque perexigua audie-
bant? Quomodo igitur Reueren-
da Dominatio tua, ibi esse Christum
aut Ecclesiam negabit, ubi paucitas homi-
num exigua apprehendit, amplectitur
que Euangelium: quomodo ibi affirma-
bit, ubi illud ipsum multitudo ingens, &
quidem præcipua, persequitur, ac abomi-
natur.

K

natur.





Kodak Color Control Patches

© Kodak, 2007 TM: Kodak

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color


Black


natur. Sed dicet fortasse, sunt igitur ea falsa quæ præ allegavi, de filij Regno, Dei ipsius testimonia: Minime uero, in uniuersum enim orbem terrarum exiuit sonus eorum, In uniuerso orbe sunt, qui Deum uera pietate, & religione colunt, sunt qui adorant, inuocant, prædicant, ac ita ut sese per Filium patefecit, glorificantes confitentur, sed si eorum omnium cœtus, quotcumque & ubicumque sunt, ad reliquam hominum multitudinem, inter quos degunt conferantur, exigui sane & pene obtriti sunt, Vnde constitui, ut opinor, oportet. Regnum Christi esse quidem, ut ipse Deus testatur, Regnum inter terminos terræ constitutum, a mari usque ad mare, a flumine usque ad terminos orbis, Sed non tale, quale fuit Cyri, quale Alexandri, quale fuit imperium Augusti, opibus, potentia, rerum successibus florens & conspicuum, quin abstrusum, afflictum, in maximis molestijs, periculisque constitutum, semper periclitans, nonnunquam naufragia faciens, consistens tamen ac permanens ad consummationem usque sæculi, Ergo non est simile cæteris imperijs: Non certe simile

simile est, Spirituale est, Mundi huius non
est, Sic & ipse Christus testatur. Regnum
inquiens, meum, non est de hoc Mundo.⁶⁶
Quod uero Reuerenda Dominatio tua, ob
ijcit. Si tam exiguum esset Regnum Chri
sti, ut illud Germania tantum, & paucula
Regni Polonia terrulae contineant, frustra
Christum mortuum esse, qui tam paucissi
mos sit sua morte lucratus. Hic ego mihi
iam satis ostendisse uideor, Regnum Chri
sti in hoc mundo, quod est Ecclesia, non
contineri sola Germania, non Polonia, non
Anglia, denique non uniuersa uestra, quan
tumcumque longe & late patet Romana
Babilone, sed totius mundi terminis. Chri
stum autem omnium causa mortuum esse,
Omnes uelle saluos fieri, Omnes ad se
ex aequo uocare, sed non omnes uenire,
iuxta illud; multi sunt uocati, pauci uero
electi.

Ergo Ecclesia Christi, quam Reue
renda Dominatio tua, de multitudine ex
istimandam esse iudicat, nihil minus con
stat, quam ipsa multitudine, Si etenim hoc
esset certū & indubitātū eius iudicium, tum
deniq; uestrae huius prostituta & adulterata

K ij Romana







Romana, Ecclesia purpuratorum mitra-
torumque Sycophantarum turba, non es-
set Ecclesia, sed potius eorum, qui Mahu-
meti religionem professi, totum iam pro-
pmodum orbem terrarum, non perua-
gati solum sunt, sed etiam & occupauerunt
& possederunt, Qui tamen in Christianos,
quocumque sui imperij sunt in loco, mul-
to se nobis æquiores, mitioresque exhi-
bent, ut qui illis, quod uos igne, ferroque
iniuste & nefarie prohibetis, liberam Chri-
sti & Euangelij confessionem, libere per-
mittunt, eosque a ui & iniuria quauis, &
tuentur, & esse immunes uolunt.

Spiritum etiam sanctum infert, ex il-
la ipsa paucitate Reuerenda Dominatio
tua non fuisse in Ecclesia ab hinc amplius,
Mille Quingentis annis. Si uerum est,
quod in Germania, & in paucis aliquot
Poloniae terrulis Ecclesia sit. Cum tamen
Saluator eum miserit, ut esset nobiscum in
aeternum, & doceret nos omnem uerita-
tem, Hic ista quomodo cohareant non
sane intelligo, nam si ab eo tempore pri-
mum, quo Saluator spiritum sanctum Ec-
clesiae suae misit, esse coepit in Ecclesia, ue-
rum

rum illud erit, quod ante M. Quingentos
& aliquot annos in Ecclesia non fuerit,
quia non erat missus, ex quo illud absur-
dum, consequeretur, posse esse Ecclesiam
Dei, quæ non haberet Spiritum Dei. Pra-
terea illud etiam rationem nostram excē-
dit, neque quomodo illud esse uerum que-
at, facile inuenio. Si in Germania, inquit
Reuerenda tua Dominatio, & in paucis
Poloniæ terrulis Christus est, aut Ecclesia.
Ergo amplius M. D. annis Spiritus san-
ctus in Ecclesia non fuit, quasi uero Spiri-
tus sanctus, ad unum aliquem certum lo-
cum alligatus sit, & cum sit in uno, in alte-
ro esse nequeat, egregia profecto est ista
consequentia. Spiritus sanctus hic est, er-
go ibi non fuit, aut Ecclesia occidentalis,
habet Spiritum sanctum, ergo orientalis
non habet, ridiculum profecto hoc esset,
Nam in uniuersum toti Ecclesia missus est
Spiritus sanctus, & ubicumque est, uerum
uerbi ministerium, ibi ut sit necessarium
est. Sed uideo quid uelit Reuerenda Do-
minatio tua, Spiritum sanctum alligat Ec-
clesiæ, Ecclesiam uero sedi Romanæ, &
ordinariæ successioni, ut si dicat, Romæ


K iij tantum






tantum est Ecclesia, quia ibi sedes Petri,
ibi ordinaria successio, ibi potior hominum
multitudo est, Spiritus autem sanctus non
potest esse nisi in Ecclesia, ergo Spiritus
sanctus tantum Romæ est. Et per conse-
quens in Germania, Polonia, alijsq; qua
non sunt ex hac uestra Synagoga, Ecclesijs
non est, Quod penitus falsissimum est, Si-
cut enim Ecclesia sedi Romanæ, non est
alligata, Ita etiam Spiritus sanctus alliga-
ri illi nullomodo potest. Quin si conuer-
teretur ita, In Germanorum Ecclesia est spi-
ritus sanctus, Ergo in Romanorum non
est, ualeret optime argumentum hoc, quia
ut album & nigrum, Ita quoque Romana
& Germana Ecclesia, contraria sunt, nimi-
rum Christi hæc, illa Antichristi, non enim
ab Apostolis fundata, sed a Romanis Pon-
tificibus, illorumque collegio fabricata,
non in uerbo Dei, sed in eorundem delirijs,
figmentis & constitutionibus, ut sunt, Ope-
ra operata, Opera supererogationis, Vo-
ta monastica, Præbiterorum cœlibatus,
Purgatorium, Indulgentiæ, Missæ priuatæ,
Suffragia mortuorum, Peregrinationes,
Iubilei, Bullæ, & cætera his similia, scelera-
tissimi

tissimi quæstus causa, a cauponarijs istis
Antichristi uicarijs impudenter, petulan-
terque instituta, quam rem authoritates
illæ, quibus Reuerenda Dominatio tua
Epistolam suam claudit, Athanasij Alex-
andrini Episcopi, & diui Hieronimi co-
lumnarum Ecclesiæ, satis, non obscure que
mihi in uobis uidentur arguere, Ille enim,
eam demum, & non aliam, uerā esse fidem
affirmat, quam Apostoli, ab ipso Christo
acceptam, nobis tradiderunt, nulla in re
immutandam, summaque eadem que con-
stanti religione & colendam & obseruan-
dam, hic autem eam solam ueram dicit esse
Christi Ecclesiam, quæ in doctrina Apo-
stolorum sit fundata, perpetuo duraturam, in
ea permanendum ac persistendum consu-
lens, Iam quam cum his istorum docto-
rum dictis, ex diametro quasi pugnet,
uestra fides, uestraque Ecclesia Ro-
mana, puto ex superioribus sat patet. Pro-
inde, ut finem tandē scribendi faciam, in re
præsertim manifesta, ab ulteriori demon-
stratione supersedeo, hoc unicum certum
esse R. D. tuæ cupiens, in hoc qui illi ita
dicitur, abstruso & contempto Ecclesiæ
Christi







Christi angulo, ad quem per Prophæ-
tam ipse Deus ait, Noli timere pusille grex
malo me cum recte sentientibus, & esse, &
hæreticum dici, quam cum uestræ sanctæ (si
dñs placet,) Romanæ, Ecclesiæ Magnifi-
cis & tumentibus titulis, Catholicum &
Apostolicum.

Hæc sunt quæ tua Reuerendæ Domi-
nationi immoderata satis, & odiose per-
stringens epistola, me hominem aulicum,
multis alioquin magnis & grauibus Rei-
publicæ curis occupatum, ut ut per furti-
uum licebat ocium, respondere coegit, Qui
bus si illi non satisfactum est, existimet, me
non ideo scripsisse, ut satis facerem, Cate-
chumenum enim me, non Doctorem pro-
fiteor, sed ut quæ mea est sententia in religi-
one, & quibus nitatur scripturæ fundamen-
tis, breuissime explicarem. Sunt autem,
quantum ipsi mihi cor meum perspectum
& exploratum est, a candido, sincero, pla-
neque Christiano profecta animo, quæ
Dominationi tuæ Reuerendæ, uel propter
hoc etiam libentius, liberiusque explican-
da iudicauit, ut quoniam religionis emen-
dandæ causa ad nos huc uenerit, horrendos
hos


hos abusus diligenter meditetur, animo
que recollecto sese in illud, quod adeo per
sequitur Euangelium Christi, propagan-
dum conferat. Nam si Reuerenda tua
Dominatio, quod ut credam, me illius
epistola urget animo, pristinos errores,
abususque confirmandi, huc uenit, cupio
illi de more Christiano, ut resipiscat, in
hocque se claro ac manifesto Dei uerbo ad
duci patiatur, quo cum Christo sit, ac
quemadmodum ipse uult cum eo colligat:
Sin autem uerbo aeterni Dei, domino Iesu
Christo, Spirituique sancto, mentes huma-
nas illuminanti, ac mundum de peccato,
iusticia & iudicio arguenti, nullus apud ip-
sam locus est, opto, ut quemadmodum
Paulus christianos persequuturus Dama-
scum proficiscens, prohibitus ac conuersus
est, Ita quoque et illa, insigni aliquo exte-
no signo, ab instituto arceatur, in partes
Christi Ecclesiae concedat, domumque ex
uto hic domesticae superstitionis fermento
& noua Christi induta iustitia, foelix & in-
columis redeat. Id ut Reuerendae Do-
minationi tuae cupiam, cum dilectio Chri-
stiana, tum uero etas, professio, humani-
L tas,






tas, doctrina, denique munus, quo nunc
apud nos fungitur, me uehementer mo-
uent, quibus alijsque prater hoc non obscu-
ris uirtutibus, ita illam hic plurimis eius
loci hominibus antecellere conspicio, ut
non immerito, si amor Christi, Euange-
lijque splendor accederet, summa atque
præcipua omnium uirtutum omniumque
actionum condimenta, posse illam pro ex-
emplo cæteris poni putem. Quod enim
Reuerenda Dominatio tua mihi ut Saladi-
no, ad mearum uirtutum cumulum nihil,
si quam, ut ait, persequor fidem catholi-
cam, amplexus sim, de futurum scribit, id
ego quoniam mihi non deest, illi ipsi de-
esse plane existimo. Video namque, licet
Reuerenda Dominatio tua, de Christi no-
mine, nomen quoque Christiani per Bap-
tismum sortita referat, si ad illius uita, mo-
resq; Saladini, qui alioquin Princeps erat,
& præstantissimus, & multis maximis uir-
tutibus clarus, uita moresque conferantur,
nihilo ipsam plus illo habere, quã nomen.
Virtutes quippe R. D. tuæ, sint quantum-
uis excellentissima, tamen quia non ex ipsa
Christi fide, sed ex Romana superstitione,
qua

quæ illis meritum iusticiæ attribuit, profici-
ciscuntur, non magis sunt, quam Saladini,
hoc est, ciuiles, non Christianæ. Quicquid
enim ex fide non est, peccatum est, Si pecca-
tum, ergo non uirtus, propterea dictum est
illi nihil defuisse ad uirtutem, nisi quod chri-
stianus non erat. Cum tamen huius ipsius
Principis, summa animi fortitudo, & mo-
deratio, qua rerum humanarum incertam
ac instabilem fortunam ita tulit, ut etiam
moriturus sibi funerique suo, non quæ stir-
pis, generisue celebritatem, Imperij magni-
tudinem, Regnorum opulentiam, uictori-
arum successus, deniq; triumphorum splen-
dorem & magnificentiam referent, insigne-
ria, uexilla, uasa, uestes, arma, trophæa, & id
genus reliqua uirtutis ac felicitatis suæ il-
lustria ornamenta, uestra Romana auari-
ciæ certissima aucupia, sed quæ suam istarum
omnium rerum despicientiam, testaretur,
uitæque humana miseram, arduam ac
calamitosam conditionem, ad ultimum in
tam pulcherrimo Dei opificio, tam foedi-
ssime intereuntem, notaret, lineam tunicam,
preferri mandauit, præcone uociferante,
ob omnia






hic, inquit est ille Saladinus, Domitor
Asia, qui ex tanta imperij, Regnorumque
opulentia & amplitudine, nihil aliud, nisi
lineam hanc uestem secum asportat, cum
tamen, inquam, illius hac fortitudo, & mo-
deratio animi, si ex sensu & humana rati-
one, aestimaretur, nihil aliud quam pulcher-
rima, eademque praestantissima uirtus sit.


Has igitur ego uirtutes, Reuerende
Domine, ut iam pratuli, cuperem tibi esse
christianas, uera fide, uero Christi amore,
uero pietatis, religionisque studio ornatas
quibus si hoc lucis, splendorisque adhibe-
re uolueris, non Saladinum tantummodo
huiusue aetatis nostrae tibi similes quam
plurimos, sed priscos etiam illos, Socrates
Platonis, Aristoteles, Catones, Fabios,
Cicerones, quorum adhuc illustrissima ex-
tant uirtutum monumenta, longe supera-
bis. Quibus omnibus, quanto magis
Dei, eiusque uoluntatis, cognitione praes-
tas, tanto magis turpe est, te ab illis uirtu-
tibus uinci.

Sed hic mihi uenit in mentem, quod
ut credam, adduci quidem plane non pos-
sum, ut tamen commonefaciam ac quo-
dammodo


dammodo liberius perstringam, libertas
tuæ Reuerendæ Dominationis, qua in me
admonendo, uel potius exagitando usa est,
effecit, nimirum ipsam hic apud plerosque
optimos & grauissimos uiros, de se fecisse
fidem. Existimare se nulla alia commo-
diore compendiosioreque uia posse Sa-
cram ac Serenissimam Maiestatem Regi-
am, hos nouos, istis in prouincijs, nuper
exortos de Religione motus sopire atque
supprimere, quam si consilium suum, quod
his Sacris & Serenissimis Imperatoriæ,
Regiæque Romanorum Maiestatibus
Principibus Sanctissimis ac Sapientissi-
mis, post bellum proximum Germani-
cum, dedisset, quod tamen illi propter
summam eius impietatem spreuerant ac
repudiauerant, exequeretur, Si scilicet ut
tunc Iohannem Fridericum Ducem Saxo-
niæ, Imperijque Electorem, & Philip-
pum Landgrauium Hassiæ. Principes præ-
ter summum pietatis studium, peculiari
etiam prorsusque rara quadam perseueran-
tia, laudatissimos, ut illius hæreseos, quæ
præbuisse causam his tumultibus uidebatur
summa & præcipua capita, afficiendos esse

L iij supplicio






supplicio censuisset, Regia etiam Maiestas
primos in hoc Regno, hisq; in prouincijs,
prædicati Euangelij, quod illi hæresis dicitur,
authores, atque promotores, plecten-
dos decerneret. Hac sola & quidem unica
ratione fieri posse, ut omnibus intestinis
malis, ac motibus, quorum exordia in
ipsis iam, quod aiunt foribus, conspiceren-
tur, occasio, materisque omnis præripere-
tur, utque ipsa Respublica in pristino suo
flore, pristinaque pace, tranquillitate, ac in-
tegritate conseruaretur. sic tumultibus
bellisque Germanicis potuisse iam pridem
Cæsaream Maiestatem imposuisse finem,
sibi que ad res alias præclare agendas, &
ocium, & quietem fecisse, quod quia tunc
suadente Reuerenda tua Dominatione præ-
termissum est, plena esse ibi adhuc factio-
nibus omnia, omnia & odijs estuare, &
mutuis armis, magis magisque perstre-
pere, Proinde hoc etiam Sacræ Regiæ Ma-
iestati pertimescendum uehementer esse,
& ut ne eueniat, modo quo præfatum est,
impetum hunc primum, qui ut plurimum
accerrimus est, celeriter reprimendum, ac
excuciendum arbitrari. Id inquam ego
Reuerende




Hinc quān eiusmodi hoc consilium, si
tamen datum est, cum Christi & Aposto-
lorum doctrina conueniat, qui non uidet,
sit oportet talpa. Vult Christus ferri Ziza-
nia, ne eradicetur triticum. Vos ut uestra
maneant Zizania, eradicandum esse peni-
tus triticum censetis. Vult item Christus
errantes per uerbi ministerium, in spiritu
lenitatis, in uiam ueritatis reduci. Vos in
ipsa ueritate, luceque ambulantes, in uestro
rum mendaciorum tenebras, uestris Bulis,
uestris Decretis, uestris denique iudicijs,
impie, sæuiter, ac nefarie trahitis. Chri-
stus uult uerbo coherceri, puniri que erran-
tes. Vos id cum uobis toto erretur celo,
ui efficitis externa. Apostoli mentientes
Spiritui sancto, uerbo occidunt, uos spiri-
tui sancto, ipsique ueritati testimonium
perhibentes, igni, ferro, laqueo, occiditis.
Et ubi (ne quid uestra sceleratæ tyrannidi
desit) ui non licet aperta, uenena in præsi-
dium summitis, ut mihi est testimonio.
Henricus Septimus Imperator Roma-
nus Florentiæ, ueneno Eucharistiæ illito,
per uestrum sacrilegum ministerium, scele-
ratissime necatus.

An

An uero hæc non extrema impietas
non summa omnibusque Diris deuouen-
da est tyrannis? quod cum ne in errantes
quidem, seu ut uos uultis hæreticos uobis
liceat. Id uos in ueros piosque Christia-
nos, quibus esse adminiculo debuistis, in-
clementer usurpare, Sed quia istis exor-
dijs, istisque artibus, imperium, tyrannis-
que isthæc uestra in eam, qua nunc est mag-
nitudinem excreuit, non uideri mirum de-
bet, quemadmodum ipse quoque miror,
minime, eum uos iisdem stratagematibus
& conseruare, & retinere conari. Sic opes,
sic Maiestas, sic Sanctitates uestrorum
Romanorum Pseudochristorum auctæ
sunt. Atque hæc ego, hic quidem pro
meo candore, meaue erga Reuerendam
tuam Dominationem Christiana prorsus
beneuolentia, subiicienda, breuibus putau-
i ut si uera sunt, quæ hic de ipsa, ita ut prætu-
li sparsa sunt, ab ijs ipsis desinat, neque ex-
istimet, tam impium consilium, quod sum-
mi atque præcipui orbis christiani Monar-
chæ & gubernatores, reiciendum indicaue-
runt. Sacram hanc Maiestatem Regiam
beneuolentia, non tyrannide dominantem
M sequuturam







sequituram; aliquomodo esse. Sin falsa sunt, quod ego sane uehementer cupio, ut falsa esse credantur, omni cura, studio, diligentia, omni denique labore, efficiat, opinionemque hanc ita dese apud plerosque conceptam, quantum potest tollat. Quod fiet uel facillime, si Reuerenda tua Dominatio dederit operam, pro munere suo, ut non expectato œcumenico, generalique Concilio, non expectata Pontificis autoritate, non Præsulum, Canonorum, reliquique cleri uoluntatibus & assensu ipsa Maiestas Regia conuentum indicat Nationalem, liberum, quo hæ religionis controuersie, non sine maximo, ut iam uidere licet, metu, periculi, excitata aliqua iusta & tolerabili ratione, dum Generale Concilium perficitur & componantur & determinentur. Proponaturque aliqua certa administrandarum his in Prouincijs Ecclesiarum, norma & ordinatio. Hoc ut ita sit, pietas primum religioque postulat, expetit Patria, exigit Respublica & communis tranquillitas, denique quod etiam non postremum est, munus, officiumque flagitat

Agitat Regia, iuxta illud. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, amplectimini filium, ne quando irascatur dominus & pereatis de uia iusta, & illud, Attollite portas Principes uestras & eleuamini portam sæculi, & introibit Rex gloriae, Vult quippe Deus Ecclesiæ suæ curam, uerbique sui ministerium, non in solis consistere Pontificibus, aut Episcopis, sed etiam per Reges atque Principes, & propagari & conseruari, secundum illud Esaiæ. Erunt Reges nutricij tui, & Reginae nutrices tuæ, quomodo uero nutrient, quomodo conseruabunt, aut tuebuntur, si non dederint operam, tuendæ atque conseruandæ in Ecclesiæ doctrinæ Euangelij, quod summum atque præcipuum illius nutrimentum est. Propter hoc in Regno Israhelitico, Rex in folio residens, iubetur exemplar legis accipere a Sacerdotibus Leuiticæ tribus, illudque & habere secum & omnibus uitæ suæ diebus legere, ut discat timere dominum Deum suum, & custodire uerba & ceremonias eius, in lege præceptas.

2007001

M ij Sic





Sic Iosaphat sic Ioas, sic Ezechias, & plerique alij præstantissimi Reges fecerunt. Non solum librum legis Domini circumferre per multas Iudæ urbes, populumque ex eo docere, & erudire iusserunt, sed etiam congregatis populis, Synodos conuentusque fecerunt, multaque in eis ad conseruandum Ecclesiæ ministerium, necessaria constituerunt. Quin & ipsæ quoque Principales œcumenicæ quatuor Synodus, quæ nunc in Ecclesia extant, non Pontificum autoritate, quod Reuerendam tuam Dominationẽ melius quam me scire puto, sed Regum, Imperatorumque decretis conuocatae sunt, ut Constantini, Theodosij, Valentiani, atque Martiani. Horum exemplo si Regia Maiestas, non expectato, ut iam commemoravi generali Concilio, pro munere officioque suo, Synodum in prouincijs suis indiceret Nationalem, facilius motus hos religionis, qui uniuerso suo imperio periculum minitantur, eo modo componeret, quam si ex more uestro Romano tuæque Reuerendæ Dominat. ut nonnulli opinantur

nantur sententia, in tyrannidem se, & sup=
plicia conuerteret, atque ut tandem
hoc eo etiam libentius Sacra Regia Maie=
stas faciat, danda est Reuerendæ tuæ Do=
minationi (quod ego ipsam, per nomen
Dei uiui, perque pietatem & religionem
christianam, & oro & obtestor) omnis
opera, sic fiet, ut & istam de se sparsam opi=
nionem, tollat penitus, & Ecclesiæ Chri=
sti hoc in Regno & in his terris consulat
optime, eamque laudem, hinc secum au=
ferat, quod se consulente, pax nobis &
tranquillitas, denique ipsa etiam Respub=
lica restituta sit.


Quod reliquum est, rogo si forte pro=
lixius, aut minus placide quam illa cupie=
bat respondi, ut id sibi potius quam mihi
imputet, existimetque me, amplitudine
illius obiectionum, quas uix, integri tracta=
tus singulas caperent prouocatum atque
impulsus, fecisse, ut epistolæ rationem
quodam modo excederem. Porro diuina
quodam ordinatione accidit, ut cum uide=
ri possem serius ad literas Reuerendæ Do=
minationis tuæ respondisse, hæc Synodus

M iij uestri

Kodak Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

© Kodak, 2007 TM: Kodak



uestri ordinis hominū intercesserit, quam
ubi epistola mea, ut nihil sane dubito, anti-
cipauerit, fat opportunum tempus mit-
tenda illi aduenisse quisque fatebitur. Nam
ut ex ea tunc meam de religione, & his
quā a Reuerenda Dominatione tua ob-
iecta fuerunt sententiam, satis commode
Reuerenda Dominatio tua intelliget,
ita patribus istis amplissimis, qui illuc ex
tota Serenissimi Regis nostri ditione tanta
frequentia confluunt, id ipsum commo-
dissime & opportunissime monstrare po-
terit, ut & illi uideant, iudicent, meque ut
par est doceant, an non recte, & secun-
dum sacrarum scripturarum normam,
atque adeo Catholicae illius primitiuae Ec-
clesiae sensum, haec omnia a me scribantur.
Optarim autem ut Patres illi in hac Syno-
do congregati, modis omnibus dent ope-
ram, ut uetus illa uere Christiana atque
necessaria, in his nostris regionibus Eccle-
siarum instituaturs reformatio, & haec praesens
prophana, Deoque in uisa, fidei, ue-
terum sacrorum, & honestae disciplinae de-
formatio, e medio tollatur, id uero ut fiat,
Reue-


Reuerenda Dominationis tue consilio &
autoritate, pro eo quod praefero officio,
precor itidem illi a Deo Patre misericor-
diarum, per gratiam Spiritus sancti eam
mentem dari, ut positus affectibus, solius
Christi gloriam, & afflictam eius Ecclesiam
salutem quarat, ab eiusmodi uero practi-
cis absteineat, qualibus non ita pridem Iu-
dai Sochacouia cum magna omnium qui
recte sentiunt admiratione & stupore ex-
usti fuere, sed manifesta & ipsa luce clari-
ori ueritati cedens, eo omnia consilia &
deliberationes dirigat, ut regnum Dei in
terris floreat, & quam latissime propage-
tur, ut ita sit nomen eius benedictum, qui
solus uiuit & regnat in perpetuas aeternita-
tes. Datum Vlnae die Prima Septembris.


Anno a Virgineo partu 1556.

R. D. T. addictissimus.

Nicolaus Radzius
manu propria sct.

Nicolaus Radzius
manu propria sct.







EVSTATHIVS
THEOPHILVS CANDIDVS
DIDO ET CHRISTIANVS
NO LECTORI, S.



Asilius ille magnus, optime lector, scriptis prodidit, & testatum reliquit, eum fuisse Ecclesia sui temporis statum, ut quo quisque tunc rabie, audacia & impudentia antecelleret, ille honore & munere Episcopi, dignus existimaretur. Huius rei Aloysius Lipomanus Episcopus Veronensis, Basilicorum Romanorum legatus, & molossus, sagax quidem, sed parum prudens & cautus, clarum documentum nuper dedit. Quanta enim rabie insaniat, & quanto fastu & arrogantia turgeat, ex epistola illius facile potuisti cognoscere. Nam ut operam suam bestiae occidentis totique eius uncto & raso satellitio, probaret, ausus est stringere calamum in Illustrissimum Dominum Nicolaum Radium Ducem in Niesuiesz & Olika Palatinum Vilnensem,

sem, principem autoritate summa, & pie-
tate celebrem, rebusque omnibus orna-
tissimum, quo eum rodere & uellicare odi-
osius non ueretur, idque insistens uestigijs
& exemplis suorum Papparum, quos olim
summorum & laudatissimorum Cæsarum
humistratorum colla calcare nihil puduit.
Adde hoc quoque quod hic ut nomini suo
uere Lipomanico per omnia responderet,
lippitudines & manias, quibus laborat in
epistola prodit, & ex cisternis ac cœno-
commentorum humanorum, multa plau-
stra mendationum ad ornandam suam cau-
sam congerit, ac inuehit, sed uides procul-
dubio eum hic nihil aliud agere & profice-
re quam tonitruum, crepitum opponere, Illus-
trissimus enim D. Palatinus Vuilnensis
magno animi & ingenij robore & scriptu-
rarum ex medijs biblijs ac ex uiuis fontibus
erutarum ubertate & autoritate, tam
imbelles senecionis flatus, ita dispellit
dissicit & prosternit, ut facile diuinem hoc
ipsum scriptum Lipomano & omnibus
alijs meretricis septem collium administris,
perpetuam Lipothimiam esse allaturum.
Porro ut Illustrissimus D. Palatinus Chri-
N stiani






Kodak Color Control Patches


Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

stiani Principis munus & officium neutiquam pratermississe uideatur, & nihil intentatum relinquat, exhibet hic quoque Lipomano contra Lippitudines & manias ex scripturis pharmaca perquam saluberima. Sed Pharao remedia respuit, & Babilon curari non uult, derelinquendam igitur putat, quandoquidem illa suo impetu facile concidet & ruet, iam enim ante ruinam attollit cristas & spiritus. Quisquis igitur es optime lector, tuum erit ut tecum gaudeas & hanc felicitatem omnibus Christum uere professis gratuleris, ac subinde Deo gratias agas, qui tibi tales principes quorum praecipuum studium est, ut regi gloriae portae pateant, & qui magna alacritate filium exosculantur, excitare non dedignantur, Ardentissimis etiam uotis opta & praecare, ut huic similes plures principes habeamus, hic uero in negotio quod coepit, quod haecenus facit, singulari constantia & perseverantia peragat, & meretricem inter duo maria sedentem contra principem principum se extollentem, & blaphemias in Deum euomentem

euomentem, sine manu, spiritu oris Do-
mini conterat & conficiat, Denique bo-
nam militiam militet, fidelemque se usque
ad extremum uitæ præstet, ut olim coro-
nam uitæ accipiat. Hunc inquam op-
timum & ualde pium principem, sponte
sua currentem & nihil tergiversantem, sed
in certamine pulcherrimo cœlestis patris
ac regis uia præuentem, omnes summi ac
infimi, Nicodemitæ, neutrarumque partie-
um & medijs homines assequi studeant, &
si quid antea dissimularunt, & alicubi hæ-
serunt, nunc talem Ducem nacti in lucem
aspectumque prodeant, & potio-rem ac
priorem ducentes gloriam Dei beneuo-
lencia & fauore hominum coram Regi-
bus & satrapis Christum etiam si Papa
cum suis iuratis rumpatur, profiteantur,
iam enim sunt egregiam occasionem rei
optimæ gerendæ & perficiendæ consequuti
ne habent quod amplius obtendant & præ-
texant. Par est quoque & communis causa
ac ipsa pietas postulat ut tu Germania quæ
prima ad Antichristum opprimendum

N ij signa





figna intulisti, & Christo hospitium prae-
buisi, tantae celebritatis Principem socia-
arma tecum iungentem, atque per Polo-
niam & Lituaniam contra eundem Chri-
sti aduersarium bellum circumferentem
iamque gladium uerbi dei stringentem, &
Ecclesiam Domini longe lateque propa-
gantem, ubi occasio & res tulerint opera,
consilio, & patrocinio prosequaris, totum-
que hoc negotium ueris precibus & gemi-
tibus apud Deum prouehas, quod te
ultra esse facturam plane confi-
do. Vale atque animo forti
& intrepido solus, &
cum alijs, pro
sacris pugna.



REVERENDIS-
SIMO IN CHRISTO PA-
TRI AC DOMINO, D. PETRO

Paulo Vergerio, olim Episcopo Ius-
tinopolitano & Pontificum Roma-
norum Legato, nunc uero Christi exuli,
patrono & amico suo in maioribus
colendo. Iohannes Aurifaber
Ecclesiarum Prutenica-
rum in Sambia Sue-
perattendens.


S. D.




GRATIAS AGO DEO
aeterno Patri Domini no-
stri Iesu Christi, qui lucem
Euangelij sui subinde latius spargit, multo-
rumque mentes ad illam serio amplecten-
dam exuscitat. Quemadmodum & in am-
plissimo Poloniae Regno illa nunc magis
magisque oriri, radiosque suos exerere in-
cipit. Adeo ut multi omnium ordinum
boni & praestantes uiri, conatus suos eo di-
rigant, quo tandem aliquando explosa
omnibus e templis, hominumque pecto-
ribus.

N. in


ribus.






ribus superstitione & idolomania papistica, Vera in eius locum doctrina Evangelij restitatur & succedat. Talia cum saepe hoc tempore, quo in Prussia uersor, ab hominibus fide dignis commemorari cum magna animi uoluptate audiuerim, memini inter illos, quorum praeter ceteris eximia erga tam sacrosanctum institutum uoluntas est, nominatum & praedicatum mihi esse Illustrissimum Principem D. Nicolaum Raduulium Ducem Olicae ac Niesuis in Lituania, Palatinumque Vilnensem. Vnde ex eo iam tempore & honorifice sentire coepi de hoc tali fautore & nutritio Ecclesiae Lituuanicae atque Polonicae, & Deum, ut illum in hoc sancto proposito confirmaret & proueretur, precatus sum. At uero nunc, postquam istam eius epistolam, qua Lipomano Pontificis Legato respondet, legi, Deus bone, quam multiplice admiratione adfectus sum? Quem zelum, quam in confitenda ueritate ingenuitatem & alacritatem, quantam doctrinae coelestis intelligentiam, quantum denique uindicandae gloriae Dei, extirpandique impij Papatus studium & ardorem, hic mihi animaduertere uisus

quis sum? Fateor ingenue, me antea ta-
lia nec cogitasse, nec audiuisse de eo, sed
hic omnia fere mea opinione, aliorumque
relatione,prehendisse maiora. Quo
magis etiam lætor nunc, tum propter Dei
gloriam, tum propter totius Ecclesiæ
(non tantum huius Lituanicæ atque Po-
lonicæ) utilitatem, primum quod Deus
dona in hunc Principem, tot & tanta con-
tulit, deinde quod illa ipsa nobis quoque
multisque alijs innotescere, tali adeo occa-
sione, uoluit. Nam & exempla hæc ad ali-
os erudiendos atque excitandos, confir-
mandosque, efficacissima sunt, & occasio
præsentis negocij talis est, ut in illa etiam
singulare quoddam Dei consilium, quo
& dona hæc nobis patefacere, & hostem
suum Antichristum pudefacere uoluerit,
agnoscere atque admirari liceat. Nimi-
rum, cognouerat Pontifex Romanus,
in Polonia hoc agi, ut nationale concili-
um cogeretur, in quo de repurganda do-
ctrina, deque tollendis abusibus, delibe-
rationes essent. Id ille pro sua in Ec-
clesiam Dei tyrannide nullo modo sibi
ferendum ratus, mittit ad Serenissimum
Poloniæ







Polonia Regem istum suum ueteranum
~~maximè~~ ^{maximè} qui consilia illa impediatur, quan-
tumque possit Regnum Poloniae in officio,
obedientiaque sedis Apostolicae retineat.
Interea bonus iste Lippomannus, ad modum
in hac re lippiens, seu caecutiens uerius,
ea prorsus agit, quae non possunt non summo
esse exitio & dedecori Papae in hoc Regno,
& e contra magno tum ornamento, tum solatio
Ecclesiae Dei, ad quam persequendam ille
aduenerat. Nempe cum is non stulte quidem
intelligeret in uno hoc D. Radiulo per multum
momenti esse, istum praeter ceteris adoritur,
Sed ita adoritur, ut non tantum suam turpitudinem
& caecitatem insigniter prodatur, uerum etiam
Principi isti edenda huius pulcherrimae &
luculentissimae confessionis, quam non modo
nunc late spargi, plurimisque communicari,
sed & ad posteros propagari, ingens operae
precium est, magnam causam occasionemque
praebet. Ista uere Dei sunt opera. Qui ita
nouit sapientes huius mundi in astutia sua
comprehendere, & suos e tentationibus eripere,
mirabiliterque consolari, & erigere. Is itaque
ueris gemitibus

nitibus orandus est, ut isto modo Ecclesi-
am suam in hac mundi confusione deinceps
quoque tueri ac fouere, Antichristum
autem spiritu oris sui magis magisque con-
ficere pergat. Quemadmodum nunc qui-
dem insigniter facit, non modo per humi-
les & spretos quosdam corā mundo (qua-
les fere sunt qui in publico ministerio uer-
bi Dei uersantur) sed & per Principes, &
quidem tales, qui tot alijs donis ac uirtu-
tibus, tum uero & in rempublicam meri-
tis insignes ac praelustres sunt. Ut omnino
infinitam hominum multitudinem illo-
rum exemplo, testimonioque & iudicio,
moueri atque excitari oporteat.

Neque tamen ista eo a me dicuntur,
quasi in hoc omnia sita esse putem, ut scili-
cet Euangelium tales, tamque potentes &
nobiles in mundo adsertores habeat. Qua-
sique Euangelio non etiam sine his, imo
uero ijs omnibus repugnantibus, sua dig-
nitas & maiestas constet. Sed quod & ista
Dei beneficia, cum dantur, merito agnos-
cenda & praedicanda sunt. Tum uero quod
in hoc exemplo, etiam illud pijs mentibus
O intueri







intueri & considerare gratum esse existi-
mo, quod hi ipsi potentes & nobiles in
mundo, quando bellum cum Antichristo
gerunt, non tam opibus atque armis suis
mundanis illum inuadunt atque feriunt,
quam spiritu oris diuini, quo Antichri-
stum terrendum, interficiendumque Pro-
pheta & Apostoli praedixerunt. Utque in
praesentia ad talem pugnam Principi isti
eo maior causa & occasio esset, prodit Li-
pomanus in medium, principemque ma-
ledico & blasphemio scripto laceffit. Vi-
res deinde suas ostentat, & quid tum
blanditijs tum uero & obiurgando, terri-
tandoque possit, experitur. Ac sibi forsati
in his mire placet, Cum tamen nil nisi uul-
gatissima illa, de Ecclesia & fide Catholica,
de uetustate & amplitudine regni Pontifi-
cij, & e contra de doctrinae Euangelij no-
uitate (si dis placet) deque paucitate &
imbecillitate amplectentium illam, in me-
dium proferat, & in cuculi modum de-
cantet. Quae ut imperitum uulgus non
nihil territant & fascinant, ita caeteris pe-
ritioribus, & in doctrina uerae Ecclesiae
Catho-

Catholicæ exercitationibus, nugæ miera
sunt. Ut mirum sit, illos non pudore
aliquo inhiberi, quo minus tam protri-
ta & profligata, explosaque iam dudum
terriculamenta & figmenta, etiam nunc in
tanta Euangelij luce proferre, aut cuiquam
obijcere audeant. Sed ita nimirum oportet
Antichristum cum summa impietate,
extremam quoque impudentiam coniun-
gere, iuxta scripturam. Palatinus itaq;
Vilnensis ita petulanter a Legato prouo-
catus & lacessitus, ne uideatur uel *πιστων*
esse, uel alioqui confessionem illam glori-
sam filij Dei coram hominibus, coram-
que generatione ista mala & adultera de-
fugere, prompte animoseque cum eo con-
greditur, prout epistola hæc illius abunde
testatur.

In qua dum obiectiones & calum-
nias aduersarij refutat ac diluit, suamque
sententiam recitat ac confirmat, manife-
ste se aggregat ad ueram Dei Ecclesiam, in
qua uox Euangelij incorrupta sonat. A sy-
nagoga autem Papistica, expressimis uer-
bis se separat, eiusque errores, imposturas,
idola





idolatrias & blasphemias disertissime reij-
cit ac damnat. Hoc nimirum illud erat,
cuius eliciendi causa Lipomanum ita impu-
denter insultare isti Principi Ecclesiæq;
Dei oportuit. Quo uidelicet extaret ali-
quod memorabile piæ & ingenuæ confessi-
onis, a magno Principe in hac gente pro-
fectæ, exemplum, quod ad aperiendos
multorum aliorum in toto Regno Polo-
niæ oculos, quo liquidius ueritatem agno-
scent, fraudesque & impietates Papisticas
deprehendant, abominentur & abijciant,
itemque ad confirmandos in uera senten-
tiâ omnes reliquos, quorum mentib⁹ iam
ante Christus sol iusticiæ illuxit, esset quam
efficacissimum. Merito itaque Deo, etiam
pro hoc singulari beneficio, Ecclesiæque
suz ornamento & incremento, toto pecto-
re agimus gratias. Et ego nominatim
tibi quoque Reuerende in Christo pater,
magnam habeo gratiam, quod & priuati-
tim meum exhilarare animum communi-
catione talium epistolarum uoluisti, &
nunc easdem in publicum edis. Quo no-
mine etiam omnes Christi Ecclesias tibi
gratiam habituras confido. Nam ut hæ ta-
lem

lem Illustrissimi Principis confessionem
haud dubie probaturæ, gratoque animo
accepturæ sunt, ita, cum tua solius diligen-
tia, & qua apud Principes uiros uales auto-
ritate, ut illa typis euulgaretur effectum
sit, nec effici facile per alium, ut ego existi-
mo, potuisset, e tuis omnino manibus il-
lam sunt consecuturæ. Dominus noster
Iesus Christus & has & reliquas omnes
tuas actiones, quibus iuuare Ecclesiam
Dei, regnumq; Antichristi euertere
studes, ad gloriam nominis sui,
multorumque salutem dirigat
& prouehat, Amen. Bene
uale. Regiomonte Cal.

Octobris, Anno

M. D. LVI.

iii

Kodak Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

© Kodak, 2007 TM: Kodak

inches
cm
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8



Errores sic Corrige.


- B. ij Linea 10. Apostolicam q̄ sedem, lege Apo-
stolicam sedem quam.
- D. Linea 14. Comminisci, lege Commemorari.
- E. Linea 2. dissimulasse nihil, lege dissimulasse
nihil.
- E. in tergo Linea 7. restituti, lege restitui.
- F. Linea 14. scurranum, lege scurrarum.
- F. 4 Linea 17. minima, lege minime.
- G ij Linea 20. ESSE uacat.
- G iij Linea 16 intellecta profecta, lege intellecta
profectas.
- H. ij Linea 25. Quia uacat.
- H. Linea 6. exhibendam, exhibenda.
- K. ij Linea 26. iudicium, iudicium.
- M. Linea 24. iudicauerunt, indicauerunt.

MAiore diligentia utemur in altera adi-
tione, altera enim mox adornabitur,
cumque Illustrissimus summa sapientia,
summa uirtute, atque de renascenti doctri-
na Christiana optime meritis Princeps,
Dux Christophorus Virtembergicus sua
fidei confessionem ante quinquennium edi-
derit, cū hac ipsa Illustrissimi Palatini Vil-
nensis confessio, quia pulcherrime con-
ueniet, uno in libro coniungetur, atque una
totam Europam peruadet. Nam ut scias,
christiane lector atq; gratuleris, iam utraq;
est

est uersa Italice, utraq; Germanice, ac paulo
post etiam Polonice ac Gallice uertetur, ut
omnibus quibus possumus linguis ac stu-
dij celebremus doctrinā & gloriam ater-
ni patris D. N. Iesu Christi: Corruptiones
uero atq; infamiam Antichristi, eiusq; me-
reticis Babilonica patefaciamus atque
exagitemus.

Apocalip. 18.

Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum
date illi tormentum & luctum, quia in corde suo di-
cit, sedeo Regina, & uidua non sum & luctum non
uidebo. Ideo in unadie uenient plagæ eius mors &
luctus & fames, & igne comburetur, quia fortis est
Deus qui iudicabit illam, &c.




inches

cm

Kodak Color Control Patches

© Kodak, 2007 TM: Kodak



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

est ueris haliice utrasq; Germanice de p...
post eunda Polona...
omnibus quibus p...
diss celebrans p...
in parte D. N. Iohannis...
uero sty mianis...
terris Bablonice p...
expositus.

Apocalip. 18.


Quoniam gloriosus est in d...
que illi coronam d...
die sedeo Regina, & u...
uidero sed in u...
indus & fames, & igne comb...
Sunt in iudicium, &c.


IN ALOYSIVM LIPO-
MANVM, PAVLI IIII,
ROMANI PONTIFICIS IN
Polonia Legatum.

CHRISTIANI LIBERII VERACIS
Luceorientis, Carmen.

ERgo nè synceram tentasti auertere mentem
A uera tanti religione uiri ?
Ad tristes Papæ tenebras, noctemq; profundam,
Pelliciens fucis ô Sycophanta tuis,
Heroem, cuius celso illustrauit Olympo,
Luce sui uerbi, pectora casta, Deus.
Inq; dies, acres a sancto flamine motus
Excitat, & cceptum fortiter urget opus
Sic olim ad tristes tenebras noctemq; sequendam
Noctua foeda Iouis sollicitabat auem,
Regia sed uolucris, quia cælo gaudet aperto,
Quæq; diem faciunt lumina solis amat,
Reppulit hanc à se uerbis irata seueris,
Quæq; solet noctis insit opaca sequi.
Non minus hæc etiam demonstrat epistola cuius,
Quàm benè conatus cesserit iste tibi.
Quæ breuibus i uerbis, quod scripta sit, aspera nec sit
Par erat, ut meriti pro ratione tui.
Causa fuit belli, quod nunc mouere, tumultus,
Liiones, promptum Martis ad arma genus.

a. Et uarias







Et varijs Litauam Republica cincta periclis,
Hic humeris cuius tam graue gestat onus,
Ille etiam cuius lingua calamoq; fideli
Vsu erat, subita morte peremptus obit,
Lancius insignis iuuenis, scelerate Magister
Debit hoc tantum non licuisse tibi.
Perfidia ille tua, dum munia Regis obiret
Legati, contra fasq; piumpq; perit.
Nec potuit iustam cupiebat ut addere limam,
Sed cursu in medio penè reliquit opus.
Ac rectè moriens dixisset, Candide Lector
Emendaturus si licuisset, eram.
Sed tamen utcunq; est incomptis condita uerbis,
Nec cura auctoris ritè polita sui,
Qui cupiunt simplex sine fucososcere uerum,
Omnibus est merito grata futura pijs.
Præsertim quicunq; uident, non artibus illis
Quas resouet placido docta Minerva sinu.
Artibus at nimium duri Mauortis, & aula,
A teneris annis incubuisse Ducem.
Debeat ut meritò, quicquid nunc deficit illi
Suadet uti pietas, & socialis amor.
Arreptis calamis certatim id turba piorum
Perficere, & tanto iungere castra uiro.
Qui quacunq; datur, linguam, calamumq;, manumq;
Omnibus his quantumcunq; ualere potest,
Auxilio grex parue tuo sinceriter offert,
Qui Christi puro pectore sacra colis.
Ergo agite occiduo scriptores quotquot in orbe
Iusta in Tartareum sumitis arma Papam.

Tento

Teutones, Aufonij, Galli, Belgæ atq; Britanni,
Et quoscunq; modo noster hic orbis habet.
Arripite impigri calamos, sanctumq; iuuate
Certatim contrâ talia monstra, Duces.
Militia hæc iusta est, Christi pia sacra tueri,
Qua non est summo gratior illa Deo.
Nec Papæ euertit tristem magis ulla tyrannum,
Qui Christi miseras depopulatur oues.
Vos modo coniunctis umbonibus, acriter hostis
Reprimite in uestrum tela parata caput.
Certa aderit cælo uobis uictoria, namq; est
Illius ante ipsas sæua ruina fores.
Conficit hunc Christi siquidem nunc spiritus oris;
Vt Pauli uoces nos monuere sacra.
Scilcet extremum qui iam expectatur in horas,
Ille graui casu corruet ante diem.
Victor at insignes celebrabis Christe triumphos,
Cum populo aeternum Rex benedicte tuo.

Indei Christus esse negant homines
Tunc contra fructum patris in effusis
Erat uocem iugens, dicitur contraria hic est
Atq; ideo hanc digna mactat.
ALVD IRONICVM.
Istam in cælo Christi consistere carmen
Quod seculo antea dicitur grande nescit
Vnde





DE EODEM ALOYSIO LIP
POMANO LEGATO PONTIFICIO
quod Iudæos Sochacouia ob uiola-
tum panem Eucharistiæ exuri
iusserit.

PRVDENTII CACHINNII
Epigramma.

Iudæos ferro uiolantes corpora panis,
Plebs addicta Papæ quem putat esse Deum.
Lippomanus flammis, tanquam illi idcirco fuissent
Hæretici, perdens, Hæresiarcha fuit.
An parua est, panem esse Deum Christumq; putare,
Hæresis? & uerus quod fluat inde cruor?
An parua est etiam, scindi immortalia ferro
Posse, polum ingressi credere membra Dei?

ALIVD

Iudæi Christum esse negant hominemq; Deumq;,
Tu contra frustum panis id esse putas,
Error uterq; ingens, quamuis contrarius hic est,
Atq; ideo flammis dignus uterq; fuit.

ALIVD IRONICVM.

Illapsam cælo Christi conscindere carnem
Quod ferro auferent denuo grande nefas,
Vindicibus


Vindicibus flammis Iudæos urere iussit
Legatus, præsul summe Carapha, tuus.
Res mira, & sacris merito memoranda futuris,
Denuò sic Christum uulnera posse pati.


ALIVD ITIDEM
IRONICVM

Christus Præsìde Pontio Pilato,
Olim fixus erat cruci, suumq;
Nostra ob crimina fuderat cruorem,
Necem urgentibus illius prophanis
Iudæis, odio ac furore cæcis.
Idem Massouijs modo sub oris,
Borco præside Sochacouiano
Iudæis miserisq; sordidisq;
Cunctorum, licuit, stupore magno.
At sicut meritas dedere pœnas
Illi Romulidum Duci potenti,
Toto nunc uolitat celebris orbe
Cuius gloria, desitura nunquam.
Sic hi nunc etiam dedere pœnas
Tres crudeliter ignibus cremati,
Misso à Romulidum Papa potenti
Legato, uolat incl'yta ecce facti
Fama Sarmaticum istius per orbem,
Cunetos hæreticos metu fatigans,
Qui sic mordicus antea tenebant,
Christi impassibilem fuisse carnem,
Postquam in coelum abiit semel resurgens.

a iij

Vnde





Vnde, Symbolon ut docet, supremo,
Tandem ad iudicium die redibit .
Dicant Romulidæ iam, lo triumphe,
Noster crescit honos, ruuntq; passim
Illi Euangelij noui sequaces,
Christi obire uices Papam negantes,
Et quicquid iubet hoc parem uigorem,
Iure Apostolicis habere iussis .


OMEN MATHIÆ STOI
REGIOMONTANI, PHILOSO
phia & Medicina
Doctoris .


Ausus es hoc etiam Lipomane Deiq; tuiq;
Oblitus, Regni sollicitare caput .
Sublimemq; animum scelere attentare minisq;
Quo Duce Sarmatiae est serior orta salus.
Vnde tuam subiit talis persuasio mentem,
Qua poteris illac suspicione trahi?
A causis quibus illa tibi fiducia creuit
Sperares ut ijs fraudibus esse locum?
Non tibi spem generis status illustrissimus illam
Obtulit, aut facies serua ferensq; capi,
Non canis ferme prudentia certior annis,
Et bene promeritum qui comitatur honos.
Non uis ingenij quæ nata est rebus agendis,
Iamq; sagax statuit plurima, plura dabit.

Non

Non studia eloquijq; decus, quæ singula possent
Magna uideri alijs, huic tamen esse parum.
Sed Lipomane dabis, si me non omnia fallunt
Pœnas, ultor erit primus & ipse Papa,
Dum, malè Legati perfunctus munere, Romam
Ut decet in seruo uincte traheris equo.
Ante sed & statuens tibi grata Polonia furcas
Hac cura poterit forte leuare Papam,
Namq; extirpari quæ te doctrina magistro
Debit, in cœlum sustulit aucta caput
Feruēt opus studijs Christi sincera colentium
Dogmata, in immensum est amplificata seges.
In sua quam Christus mox colliget horrea, namq;
Illius aduentum non procul esse reor.
Tu uero Radiuilonum decus, inelyte Princeps,
O generose tuæ sanguis amorq; domus.
Adfere diuini uerissîma dogmata Verbi
Qua debes dextra uindice quaq; potes.
Et calamo quite fluidus non deserit unquam,
Ore simul Charites quod docuere loqui.
Hoc tuus ille animi uigor & genitiua requirunt
Nobilitas, uirtus, gloria, musa, fides.
Postulat hoc non fictus amor patriæq; Deiq;,
Et res quam debes esse putare tuam.
Me uero hæc alacri serc assica uoce canentem,
Qua sola potui parte uenire tibi.
Atq; utinam liceat quoniam libet esse in iisdem
Partibus, in quas hæc nuda Thalia uolat.
Non timeam calamum uocemq; in fata Papatus
Stringere, dum nequeo fortis ad arma manum.

Atq;





Atq; ita pro sola Christi pietate tuenda
Nobis in Domino fortibus esse licet.
Tu maius quiddam potes, & præclarior istis,
In laudem patriæ Dux animose tuæ.
Maeste animo Radiuilonum stirps inclita, maeste,
Inq; tuas laudes nil superesse sine.
Viue decus gentisq; tuæ fideiq; labantis,
Spes noua & hæc à me consule scripta boni,
Hoc quoq; non læuo precor omen suscipe uultu,
Quod tibi ab auspicijs crede uenire bonis.
Stabit ab asserto Radiuili gloria Christo,
Seu uelit hic illum uiuere siue mori.

duToXed'as)

DE SACROSANCTI
EVANGELII, IN DITI-

ONE REGIS POLONIAE,

post reuelatum Antichri-

stum, Origine, progressu,

& incremento.

Andreas Trzebieski, sub nomine

VIRILII MVSÆI HYPOREADIS

Elegia.

TVnè etiam sacra titulos ó BREST ASarèpta,
Et decus æterna posteritate feres?

Cuius quando uidet Papiſta ſuperbus & amens,

Exiguas, uerè ruſtica recta, domos.

Soluitur in riſus, Chriſtumq; uenire ſub iſtas

Nos admiratur credere poſſe caſas,

Atq; humiles eius ſectari malle miniſtros

Sacri Euangelij qui rude dogma docent,

Alta nec auguſtæ præferre palatia Romæ,

Magnificumq; Papam, Cardineosq; patres,

Quæq; cucullati ſubilia dogmata fratres

Finxerunt, toto pectore nolle ſequi.

Ridet at immeritò, de manſuetudine magna

Quandoquidem Chriſti cogitet ille nihil:

In ſtabulo Bethleemitiæ qui naſcitur urbis,


Cuius congeſtum ceſpite culmen erat,


Præbuit Attalicum Domino præſepe cubile,

Plumarumq; loco ſacia uilis erat.

b

Paſtores






Pastores ouium tenuis plebecula, primi
Accipiunt tanti nuncia leta boni.
Contempsit Dominus Solymus, teq; aurea Roma
Totius imperium quam penes Orbis erat.
Sacrorum antistes summus Pharisaeaq; turba,
Israelitica lumina prima domus.
Ignorant Dominum uenisse è uirgine natum,
Quin imò hostili fraude doloq; premunt,
Hoc etiam, si parua licet componere magnis,
Et nostro fieri tempore quisq; uidet,
Quando reuelari iam debuit Antichristi.
Qui Domini saeuus uastat ouile furor:
Vnde Euangelij lux totum surgat in Orbem,
Nec tu Roma potens, nec Papa magne places.
VITEBERGA placet, diuina ubi uoce LV THERI
Hoc tantum primo transigeretur opus.
Quantula at hæc urbs est, alias si respicis urbes?
Quantus item HELIAS ille LV THERVS erat?
Præsulibus tantis, tibiq; ô ter maxime Papa,
Qui primo solus praelia tanta mouet?
Et tamen his paruis creuere è fontibus orta,
Magna Euangelij flumina in Orbe sacri.
Quaq; prius contempta fuit, nunc floret ubiq;
Religio, ueterum tempore qualis erat.
Scilicet hæc Domini constans & certa uoluntas,
E cunctis facile noscitur historijs,
Vt res exiguas, humilesq; extollat in altum,
Casibus horrendis cuncta superba ruat.
Vt gentes alias taceamus, in orbe Polono
Hic Euangelij nunc quoq; cursus erat.

Spernitur

Spernitur urbs Craci, primæ spernuntur & urbes
Rex noster lata quas ditioe tenet.
Urbes exiguæ placuere & uilia tecta,
PINCOVIA est primo sed numeranda loco.
Primus ubi nutu cœlesti OLESNICIUS heros
Aggreditur sanctæ religionis opus:
Eiecitq; suis monachos idolaq; templis,
Et sacra missarum prodigiosa Papæ.
Restituit ueteres cultus, formamq; sacrorum
Qualis Apostolico tempore prima fuit.
Et quamuis ideo sit plurima passus, ut omnes
Cruce sequitur subito corpus ut umbra pios.
Hæc prædura tamen cruce non deterruit ullum,
Quem Deus ad sanctum cunq; uocat at opus.
LASOCIUS siquidem flagrans pietatis amore,
PELSNICIÆ instituit mox ea sacra sua.
CRETICIO, insigni pietate simillimus illi
Rure, PHILIPPOVIVS mox quoq; fecit idem
Sic & STADNICIUS, quem clarum stemma uetustæ
Gentis, & eloquij tollit in astra decus.
DVBECIÆ nam templa sua, pagiq; quod VRSI
Nomen habet, pura religione nouat.
Cur ego GNOIENIOS taceam? CRVPCAMq; , potenti
Qui mala permulta à præsule passus erat,
Scilicet hi Christum magno seruire secuti
Hospitium esse domos huic uoluere suas
Tu quoq; cui patrium genus OSTROROGESUPERBIS
Antiqua ritibus nobilitate micat.
COSMINCÆ tua templa OSTROROGIq; reformas,
Maxima laus domui surgit & inde tua,
b ij Hunc



inches
cm

Kodak Color Control Patches

© Kodak, 2007 TM: Kodak

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black




Hunc sequitur merito magna virtute notandus,
Et Christi assidue quem pius urit amor.
Sponte Palatini qui priuat honore seipsum,
Publica pluris habens commoda **LESCINIVS**.
Sic bene iam nostris Ecclesia creuit in oris,
Inq; dies fratrum copia maior adest.
E pagis ac oppidulis transiuit in urbes
Maiores, sanctae religionis honor.
Plena urbs est **CRACI**, plena est **POSNANIA**, nostris
Fratribus, & gelido proxima **VILNA** polo.
Urbs etiam a forti nomen sortita **LEONE**,
Et **GEDANVM**, caput est quae Pomerella tuum.
Sic urbes aliae nostro sub Rege potentes,
Quas esset longus enumerare labor.
Iam penè innumeros Christi pia regna sequentes,
Et Papae excutiunt qui iuga saeva fouent,
Nec minus excutiunt & equestri ex ordine primi,
Serpit & hoc late per loca cuncta bonum.
Quaeq; prius tenui manabant flumina riuo,
Vndiq; iam vasto gurgite adaucta ruunt.
Iam Secemina tua fregit **SAFRANECIVS** adis
Idola, & fieri debita sacra iubet.
Iam bello atq; toga praestans **VLODISLAVIVS** heros,
Nominis hoc etiam fecit in urbe sui.
Fecere hoc magna quibus est Respublica cura,
Fortis **OSOLINIVS**, **SENNICIVS** q; gratis.
Deliciumq; ingens & nobilitatis & aulae
REIVS, quem magnum iure uocare potest,
Sive quis ingenium seu nostri respicit artes
Carminis, & uario scripta referta sale.


Papa

Papa rues, magni ecce Duces, sanctusq; senatus
Lachiadum, fraudes iam didicere tuas.
Ipse etiam AVGVSTVS, Rex admirabilis omni
Virtute, excelsi & dotibus ingenij:
Gratatur patrijs se Principe talia regnis
Cœlesti à Domino dona beata dari.
Ergo fremas utcumq; uoles, tamen auspice Christo
Lachidos in regno perfide Papa rues.
Ecce decus nostrum TARNOVIVS inclytus armis,
Quem laudare satis non mea Musa potest,
Sicut apostaticæ damnat delyria sedis,
Sic placidus ueram prouehit usq; fidem.
Virtutes patrias imitatur filius, ingens
Mansueti exemplar cuilibet ingenij.
Te RADIVILE potens, Litauorum amplissima gentis
Gloria non minus hæc cura beata tenet.
Qui maus inopem mansueto pectore Christum,
Quam tumidi Papæ ditia regna sequi.
Scilicet es primus, Litauæ qui gentis in orbe
Sacra palam Christi pura fidemq; colis.
Nec cessant alij, Lachorum splendida gentis
Sydera, præstantes Marte togaq; uiri.
TENCINIVS Magnus, seu quis spectauerit eius
Virtutis raræ lumina, siue genus.
Bellandi fandiq; potens, hic iure secundum
Post te TARNOVI hoc obtinet orbe locum.
Tu quoq; consilijs qui Nestora uincis & ipsum,
IORDANE insigni progenerate domo.
Quem Mæcenatem, pubes studiosa, benignum,
Ingenijs merito tollit in astra suis,

c ij

Sic







Sic & ZBOROVIVS sumptis Mars alter in armis,
Et tota illius Martia progenies.
Sic LVCAS GORCANVS, opes fortuna benignas
Cui dedit, hoc siquidem munere dignus erat.
Illas hic patriæ cum tanto effundat honore,
Peneq; sit studijs ancor a sacra bonis.
Rex ideo iuueni celsos Augustus honores,
Donaq; ob egregij contulu ingenij.
Sic etiam probat hæc Christi pia regna sequentes,
Magnanimo excellens pectore MELECIVS.
Laudat idem natus sequiturq; haud degener illi,
Quemq; breui patrius iure sequetur honos.
Nec minus & foedi impugnat simulachra Papatus,
Et totam excelsa mente animoq; luem.
Quem penes est belli in Litauorum summa Ducatu,
Altera magne domus lux RADIVILE tuæ.
Hunc sequitur CHODKEVICIVS, Capitaneus acer
Est imonse tui qui Samagitta soli.
Atq; ad bella fremens Mauortia filius eius,
Nec patre consilij dexteritate minor.
Eximios habuit pars prima, secunda sequetur
Non minus eximijs grata futura uiris.
Castellanorum quos Rex dignatur honore,
SPITCONEM ac primū nostra Thalia canet.
Huic siquidem fisci Regalis credita cura est,
TARNOVIÆ hinc surgit fama secunda domus.
Moribus ille nitet placidis, puraq; meretur
Eximium certe religione decus.
Sic OSTROROGVS genus alto à sanguine Lachi,
Et merito patriæ gloria prima suæ.

Quant

Quandoquidem similem facit hunc heroica uirtus
Principibus, noster quotquot hic orbis habet.
Sic & MISCOVIVS, causisq; forensibus aptus,
Prudentiq; VALENS pectore DEMBINIVS.
Sic & magnificus, constanti mente BONARVS
Qui mala pro Christi nomine multa subit.
Hic etiam linguaq; cupit calamoq; fideli
Plectere te, & forti Papa superbe manu,
Sic LVTOMIRII, antiqua uirtute fideq;
Quos fama, insignes, ipsa sub astra uehit.
Hospitia exulibus qui dant blandissima Musis,
Hac uirtute nihil rarius Orbis habet.
Sic etiam HERBORTVS, sic armipotens BORATINVS,
Excellentiq; cato BZICIVS ingenio.
Et cum TOMITIO Mauorte CROTÓVIVS ingens,
Et patrio clarus stemmate SLVZOVIVS.
Sic VOLSCI, sic tota domus FIRLEIA, multis
Inclita militiae laudibus atq; togæ.
Sic audax opibusq; potens SENENS CVS, & aula
CIKOVIVS præses diua ISABELLA tua
Et qui difficiles prudenter soluere causas
Subtili nouit mente SIRACOVIVS.
Sic aula Reginae tuae CATHARINA Magister
TARLO, sic præstans eius uterq; nepos.
Te quoq;, qui tuus est TREBVCHOVI amplissime candor
Mutari in templis pleraq; sacra uelis.
Nec nos PRVSSIACÆ decora augustissima terra,
Bello æque insignes ac pietate uiri,
Magnanimi CEMÆ, et tria candida pectora fratres
DZIALINII, fas est præterisse mihi.

Nam







Nam ducibus uobis prima è nobilitate iuuentus
Prusiaca, in Papam praelia iusta mouet .
Nostra Palatinos Castellanosq; Thalia
Absoluit, Christi quos pia sacra iuuant,
Sed nec abest tantis audaci pectore cceptis
Inclya, Regalis turba satellitij .
Magnanimus Mariæburgi MISCOVIVS arcis,
Qui regit officio mcenia uasta suo .
Et nulli antiqua heroùm grauitate secundus,
Ac belli insigni laude LVBOMIRIVS .
Sic fratres alij ueterani Regis in aula,
Sic & magnificæ stirps generosa domus .
GORCANI, bellis immitibus apta iuuentus,
Quos inter Patres iam manet altus honor .
Sic LASCII illustres summa uirtute parentum,
Martia seu suspectes praelia, siue togam .
Sed neq; degeneres sunt nati, aquilæq; feroces
Persimiles natos progenuère sibi .
Sic et PENASCVS, sic robore LVVOVIVS ingens .
Magnanimi hinc nomen iure leonis habet .
Sic cum fratre suo præstans GNOIENIVS armis,
CIKOVIVS q; alacri pectore bella gerens
Et bene qui dulces armis iunxere Camcenas
MISCOVII, egregij qualibet arte uiri .
Et qui munifici sequitur uestigia patris,
Dotibus humani ZBANSIVS ingenij,
Sic & Melnicia præses dignissimus arcis,
Integer atq; manu fortis IRIKOVIVS .
Et ZEBRÍDO VII fratres, & notus ubiq;
Festiuus salibus LASCIVS atq; iocis .

Sic

Et VA SOVICII, quorum Radomia tellus
 Virtute egregia & religione nitet.
Sic CVRILLO comis, sic & **IACVBOVIVS** ille,
 Quem clarum probitas integritasq; facit.
Sic & BRONEVIVS, varias cognoscere linguas
 Cui studium, & praestans Marte **RVMEIOVIVS**.
Sic & FRIKACVS, sic **TARLO**, **VERVSSIVS**, atq;
LVKOVII prompti consilio atq; manu.
Et MALOCHOVIVS, causas tractare forenses
 Qui magna ingenij dexteritate solet.
Cur ego BVZINIVM, quo non humanior alter,
 Teq; illi taceam **CHRISTOPORINE** parem?
Quandoquidem uestrum studijs additus uterq;
 Est, animi tanta religione, sacris.
Hoc facit & SMOLICVS candore insignis in aula,
 Deditus & studijs ingeniosus **HINEK**.
Et IVSTVS DECIVS, simili uirtute notandus,
 Gratus & ingenuo pectore **BLESCINIVS**.
Et cum BOGVSIO FALLENTIVS, inclyta uirtus
 Grator, à pulchris cum uenit, esse solet.
Sic & COSVCIVS, Lauri de fronde coronam
 Qui blando insignem carmine promeruit.
Sic & DROIEVIVS, sic & **VAPOVIVS** ille
 Stillant Hyblæi cuius ab ore faui.
Sic & munificus, Regi, **MORSTINVS**, & aulae
 Officij gratus sedulitate sui.
Sic ille herois Raduili fidus Achates
GRAIOVIVS mitis, **CMITA**q; diues opum.
Et maior uirtute sacra TRAIANVS, & illo
 Cesare, cuius tam nobile nomen habet.

c Sic







Sic & BRONEVIVS, Nafonis amabile carmen,
Cui uena ante alios liberiore fluit.
DERNASCVSq; ingens Musarum lumen, & acer
HERBORTVS, qui iam canuit ante diem,
Tu quoq; Lituanæ NARVSEVI prima iuuentæ
Gloria, candidius qui niue pectus habes.
Papa fremas utcunq; uoles, Acherontaq; & ipsum
Commoueas, nostro tu tamen orbe rues.
Affpice doctorum lingua, calamoq; potentum,
In te certatim fulmina quanta ruant.
Primus ORICHOVIVS, patriæ prænobile lumen,
Atq; ipso tantum est qui Cicerone minor,
Ingreditur pugnam, ductaq; uxore sacerdos,
Sæua tibi audaci pectore bella mouet:
Scriptaq; Christiicum doctissima spargit in orbem,
Hinc illum merito gloria summa manet.
Nec minor & FRICIO debetur gloria, cum sit
Ingenio magnus, magnus & eloquio.
Quem morum grauitas, doctrina amplissima rerum,
Christiaco primis æquat in orbe uirtis.
Scriptaq; fecerunt tibi formidabilis ut sit
Dire Papa, æterno tempore digna legi.
Succedu LVTOMIRIVS non segnior istis
Excelsiq; animo tam bona ccepta iuuat.
Quaq; datur calamo populatur & ore diserto
Regna tua, & Christum prouehit usq; suum,
Hunc sequitur merito Constantis nomine dictus
TREPCA meus, nitido nobilis eloquio.
Promouet hic, patrio scriptis sermone libellis,
Egregie fidei dogmata pura sacra.

Hoc

Hoc facit & ZACIVS, doctrinæ laude secundus
 Nulli & linguarum cognitione trium.
 Et FOELIX CRVCIGER, tam pulchro nomine dignus,
 Felicem ob Christum cum ferat ille crucem.
 Sic & GREGORIVS sancta gravitate notandus,
 Pelsnicæ Christi qui moderatur oves.
 Sic & SARNICIVS, sic tu facunde CROVICI,
 Quem sæpe ob Christum tristia multa premunt.
 Sic VITRELLINVS, sic humanissimus ille
 SYLVIVS & præstans pectore & ore VALENS.
 Tu quoq; PINCOVIÆ moderator summe iuventæ
 Surgit ubi primus religionis honor,
 ORSACI, fidos meruerunt, cuius, amicos
 Pectora Sythonia candidiora niue.
 Sic & BRODENSIS, decus altum è gente Boema,
 CHODOVIVSq; armis ut pietate nitens.
 TARNAVIVSq; sacras qui gnauiter excolit artes,
 Atq; opibus doctos subleuat usq; viros.
 Accedunt numerum NIGER & LINDNERVS ad istum,
 Quorum sacrata Laurea fronte uiret.
 Et VARSEVICIVS, patriæq; amplissima terræ
 Gloria, doctrinæ laude COCHANOVII.
 Et duo ZELENII, quorum alter iure peritus,
 Est alter Latio promptus in eloquio.
 Cur ego MILEVIVM? cur te mellite ZEMICI
 Non numerem? teq; his FREDRO diserte parem?
 Excelsiq; animi iuuenem, quem ZBANSIA præstans
 Protulit antiqua nobilitate domus.
 Non tantum arguto calamo, iunguâq; diserta,
 Sed ualet & forti Martius ille manu.

c ij Sic







Sic CIRNEIOVIVS, sic LANCIVS ille superstes,
Cui dant Castaliae laurea ferta Deae.
Sic & MANCINIUS, sic & POLEIVS ille
Facundus, qui te Posna beata colit.
Sic NEMAIQVIVS, sic CHRIPCIVS, atq; disertus
Ingenij praestans laude ROKOSEVIVS,
Labraq; Pegaseis nuper qui proluit undis
ZALEVIVS, pestis magna futura Papae.
Et Iusti Decij frater LODOVICVS, & ipso
Non minor ingenij dexteritate patre.
Quiq; tuam scriptis patriam immortalibus ornas
AGRIPPA, Aonijs non abigende choris.
Huic numero iure accedit LVBELIVS ille.
Qui tibi carminibus Reie secundus erit.
Festinusq; iocis salubusq; insignis, & alter
CARIO Sarmatica VOLSCVS in historia,
CHMELOVIVSsq; bonas qui tractat sedulus artes,
Et gratus miti GRANDSIVS ingenio.
Atq; Machaonia praestans MILANTIVS arte,
Tuq; Silestiaci lux EPHORIN E soli.
Ergo fremus utcunq; uoles, nil proficis, imò
Imminet hoc citius Papa ruina tibi.
Quò magis obstitis, nil uis, nil arma iuuabunt,
In nos illa tibi si capienda putas,
Militia si respicias belloq; potentes,
E prima Regni nobilitate, uiros,
Res mira in Christum quanta pietate feruntur,
In te magnanimi praelia quanta mouent.
HERBORTI, IAZLOVECII, TARLONES, & alto
Heroùm nati sanguine PILECII.

Sic &

Sic & ZAMOISCVS, sic & SECIGNOVIVS acer
 Et iuvenes belli fulmina SENAVII.
 Quiq; Palatino gaudet patre STARECHOVINVS,
 Et simili gaudet qui patre CHODECIVS.
 Et duo CZARNCOVII, stirps SANDIVOIA, quorum
 Præstat uterq; armis, præstat uterq; toga.
 Sic & GOSTINII, sic & gravitate uerendus
 Papa tibi, & celso pectore, MARSEVIVS.
 Sic etiam genus egregium SVIDONES, & illi
 Cui NOVA cognomen RVRA dedere suum,
 Atq; adeo iuuenum GORCANA est quisquis in aula,
 Quæ semper magnis splendet adaueta bonis.
 Sic & KACKOVII, Maris tria fulmina, fratres.
 Et GORSCVS præses Schouia clara tuus.
 Quiq; regit nunc Coniuias DIADVSIVS arces,
 Candidaq; o nimium pectora SMIGELII.
 Sic & ZAREMBÆ iuvenes, gens inclyta bello,
 Ingenij & pollens dexteritate boni.
 VISOCIVS sic ille grauis, iurisq; peritus
 PRZIEMIVS prudens, & duo RIDZINII.
 Sic & IANCOVII dices, & pronus ad arma
 MARTIVS IWENIVS, fortis & OSSOVIVS,
 Et PREBOROVIVS prægrandi corpore VACHVS,
 Clarus & humano BNINIVS ingenio.
 Sic illi similis MALECHOVIVS, acer & ille
 CHELMIVS intrepido pectore REMIGIVS.
 Par etiam fratri, Populi Victoria nomen
 Cui dedit, ingenti robore OLESNICIVS.
 Et loca qui vicina tenet GOLVCHOVIVS, atq;
 Eloquij excellens laude KOLACKOVIVS.

c ij Sic







Sic & CONARII, tetriq; idola Papatus
Qui solet in templis frangere CHISSOVIVS
SILNICIVS q; acer, fortisq; IVANVS in armis,
GLINSCONVM & præstans integritate domus.
Sic etiam sanctæ dignæ omni laude parentis,
DLVSSII, ad exemplum, qui pietate nitent.
Sic PLASÆ egregij, sic & MAVORTIVS ille
LVKOVIVS, lingua consilioq; ualens.
Sic & SZASSOVII præsignes robore fratres,
Et claro natus sanguine CIZOVIVS.
Et PENASCONVM generis laus maxima IANVS,
Seu quis uirtutem, seu tueatur opes.
Maïorem at laudem uera pietate meretur,
In Premisliaco qua nitet ille solo.
Sic & BALONES, sic & DOMARATIVS, atq;
Proni ad bella feri MARTIS ORICHOVII.
Sed nec abest OLESINIVS, nec CHELMIVS ille
Qui Marte à duro nobile nomen habet.
Sic SCEPANOVIVS, sic causas CMITA forenses
Qui bene sincero pectore fidus agit.
Sic RAISCVS sic illa dedit cui SCIPIO nomen
Tota domus, mitis sic quoq; LVBCINIVS
Sic CZESCVS cognomen habens à gente Boema.
Sic etiam Dominus uilla QVILINA tuus.
Sic Mazouitiæ SVENCICIVS incola terræ,
Et domus à sæuis Martia dicta LVPIS.
Sic & COSSINIVS, sic Reij filia uatis,
Cui nupsit, præstans robore SVENCICIVS.
Magnanimus iungit sua castra BONARVS isdem,
Præfecturam urbis qui Biencensis habet.

Et fauer

Et fauet ingenijs doctorum, & honoribus amplis
Mularum famulos & sacra nostra colit.
Pone illum sequitur uirtute BRONEVIVS ingens,
IORDANVSq; cato nobilis ingenio.
Sic etiam VCHANIVS generis sic gloria magni,
Ingenio excellens BARZIVS atq; manu.
TRICESIIq; domus penè omnis magna poetæ,
Inclyt a quæ aurati stapedis arma gerit.
HIPPOLYTVSq; ROKOS cum fratre ad prælia nato,
Qui magna historias sedulitate legit,
Et VELOPOLII prudentes atq; GLADISSI,
— Et promptus forti STRASSVS uterq; manu.
Et cum germanis ANDREAS ille BONARVS
Excellens magni dotibus ingenij.
Atq; PIASCOVIVS niueo candore notandus,
Cui nunc VELICII est cura secunda salis.
Post te BVZINI: sic ille facetus eodem
Qui BOCHNÆ excellit munere KRICOVIVS.
Totaq; nobilium uera pietate uirorum,
Turba, Salinarum quæ moderamen habet.
Hanc quia SROTERI celebravit Musa poetæ,
Nunc erit hic meritò prætereunda mihi.
Sed quo raptus eram? quæ nam hæc audacia mentem
Cœperat incautam sollicitare mihi?
Ecquis enim exiguis elegis numerauerit omnes
Lachidos in Regno qui sacra pura colunt?
Parcite prætereunt quos carmina nostra, meamq;
Credite uos erga non minus esse fidem.

Parcite







Parcite, nostro omnes si dicere carmine uellem.
Ipsa maius opus surgeret Æneide,
Hos ne igitur speras Aloisi, ut inertia quædam
Pectora, te patrijs uincere posse dolis?
Falleris infelix, imò hæc quæcunq; miraris
Sunt ipsi potius cuncta cauenda tibi.
Non ita magnanimi, gens libertate, Poloni,
Christiaco primum, quæ tenet orbe locum,
Terrentur facile plumbo ceraq; uel illis
Quas misera Hesperio plebs timet orbe minis.
Et populi nunquam quos perdomuere feroces,
Illorum regni qui latus omne premunt,
Hos Latij poterint hac tempestate Cynedi,
Sub iuga iam notis cogere sæua dolus?
Rex etiam Augustus, quo nil mansuetius unquam,
Subdita Parrhasio Regna habuere polo:
In sæui mutare lupi quod debeat agnus
Naturam mitis, desine uelle, suam.
More atui, scelicus aui, Magniq; parentis,
Imperium placide nam reget ille suum,
Nec fietiam cunctos repetas ab origine Reges,
Quos Iagellonis prottulit alma domus,
Inuenies aliud, nisi quod clementia summa
Insignes illos conspicuosq; facit.
Hactenus hic etiam sumptus ita rexit habenas,
Naturæ & placidis dotibus emicuit,
Ut nulli Regum toto sit in orbe secundus,
Ipsa sed egregijs laudibus astra petat.
Has laudes non ille tui stultissime causa,
In uentos unquam, ut reris, abire sinet.

Nec

Nec sanctus franget leges, pulchrumq; tyranni
Immanis nomen sentiet esse sibi.
Nec cupido innocui Papa suadente cruoris,
Nostra premet saevo libera colla iugo.
Illi etiam Proceres quos ornat mitra bicornis,
Quiq; ferunt celsi Pontificale pedum.
Non adeo, in uestri iurantes uerba tyranni,
Naturam mitem deposuere suam:
Ut ferro cupiant populari, atq; ignibus illos
Diuisa à Latio qui sacra more colunt.
Nam plerosq; uides illis ita sanguine iunctos,
His sine uti nequeat salua manere domus.
Versuros tu nè ergo putas in uiscera ferrum?
Cunctaq; moturos seditione graui?
Falleris, imò etiam præsagia falsa piorum
Quandoquidem clemens non sinit esse Deus,
Omnes speramus certoq; breuiq; futurum,
Excitent uestri quod inga saua Papæ.
Restituentq; suis purissima sacra Polonis,
Qualia sancti olim constituere Patres.
Sic toto Regno Christi unum fiet ouile,
Gloria quem semper, quem decet omnis honor.

RVAT MVNDVS, FLOREAT
IVSTICIA.





IN ALOYSIVM LIPO
 MANVM VENETVM, EPI
 SCOPVM VERONENSEM, PAULI III
 Romani Pontificis per Poloniam
 Legatum.

ERHARDI NISI THVRINGI, IN BO
 rullia Verbi Dei ministri. ELEGIA.


Q Vi cupis Ætherei Regnum confingere Regis
 Perfide latiferis ô Lipomane dolis,
 Damonis & Stygij summo molimine cordis
 Lethæam curas amplificare domum.
 Sinceros ficto cum tu sub nomine uultus
 Niteris à summi ducere Rege poli.
 Ad gelidam Papæ cœca caligine noctem,
 Ad tenebras mortis cummeriasq; trucid.
 Dic memor aq; mihi ueraci pectore causam,
 Nam te non patior fingere falsa mihi.
 Quis te tam fallax infesti Damonis error
 Ad tantum duxit (res miseranda) scelus?
 Quis nam liuor edax, & te tam corde rebellem
 Reddidit? & quis te compulit huc a nimis
 Nil te stelliferi, populi quæ cuncta tuentur
 Crimina, mouerunt numina sancta poli?
 Nil te scripturæ uerbis mandat a seueris?
 Hyblæo nil te contio melle Dei?
 Nil te, qua Christus ueniet durissimus ultor
 Ætas, ut reddat præmia digna malis?
 Nil te flammiumus torrentis tartarus ignis
 Mouit, quo dignus ni resipiscis eris?

Ingens

Ingens impietate scelus, proh crimen & ingens,
Numina tam parui pendere sancta uirum,
Horrendum dictu, cogor tamen ipse fateri,
Impietatis amans, nil pietatis habes,
Fistula ceu dulci promit modulamine cantus
Aucupis, insidijs quo capiatur auis:
Sic tu blandiloquo fingis sub pectore fucos,
Ut populos orbes cognitione Dei.
Blandus adis mentes sed te non sauior ullus,
Qui magis & Christi depopuletur oues,
Simplicibus quamuis ouium te pellibus ornes,
Sæuaq; mordentis pectora fraude tegas.
Hæc rabies mentis fructu monstrante patescit,
Indicat & sæuum te tamen esse lupum.
Insidius stabulis tentat qui ponere Christi.
Ut gelidam cunctis inferat ipse necem.
Haud incerta cano hoc itidem tua Epistola monstrat
Tradita Sarmatico phlegmate plena Duci.
Quisquis ad hanc puri uertat sua lumina uultus,
Et scelerata tuæ pectora fraudis habet.
Hic, quibus à Christo Radiuili corda nefandis,
Illecebris reuoces, rite uidebit ibi.
Ille sed ingenio cum sit iam inuictus acuto,
Atq; pia foueat cum probitate fidem.
Ille pio superum celebret cum corde Parentem,
Et sit non falsæ religionis amans
Blanda susurranti quæ tu mendacia lingua
Sparsisti, hinc armis reppulit ille suis:
Armis, quæ sacro Christus, quæ dogmate Paulus
Omni monstrantes proposuere gregi.

d ij Ille







Ille tibi fortis pellem detraxit ouinam,
Omnibus ostendens pectora dira lupi.
Detectum cunctis apparuit inde Barathrum,
Quo stygius miseræ Papa necauit oues.
Cernitur hic fructus Papæ, cernuntur & acta,
Regna quibus coeli saluus adire putat.
Gratia sed Christi, pariunt non facta, salutem,
Nos saluos reddit gratia sola Dei.
Sanguine qui clausum roseo referauit Olimum,
Perpetuasq; pijs morte parauit opes.
Hæc tu constanti fueris si uoce professus,
Astra petes iustus, non dubit ante fide.
Hancq; uiam monstrat tibi, nobilis ille, salutis,
Princeps Sarmatiæ, hanc consule, saluus eris.
Quod si non facies, quod si contemnere pergis,
Non tenui pœnam tu sine labe dabis.
Vltor enim celsa ueniet iam Christus ab arce
Extremumq; putes non procul esse diem.
Tum stygias subito tu prosterneris in undas,
Hocq; feres factus præmia digna loco.
Horrida flebilibus tandem tormenta querelis,
Cum prauis cernes te sine fine pati.
Scribere plura libet, sed iam Lipomane Camcenæ
Scribendi calamum surripuere mihi.
Hæc tibi quæ cecini, resipiscens condita serues,
Atq; legas fructu non pereunte, Vale.
Tu sed Phœbeæ constans ô lampadis instar
Dux Radiilonum perpetuumq; decus,
Perge, tuis armis arcto finibus hostem,
Hoc bellum est iustum, prælia iusta geris

Talia

Talia uictricem nactus per praelia palmam,
Palmam praestantis militis usq; feres.
Inclita Sarmatica semper sic gloria gentis,
Gloria cunctorum quos regis ipse manes.
Celsa ruant potius quam summi culmina caeli,
Et totus pereat quicquid orbis habet,
Quam tuus à Christo labatur pectore uultus,
Quam tua sydereo pectora Rege cadant.
Hæc tibi Diuini maneat constantia uerbi,
Donec tu Cæli gaudia læta petas,
Æthereo, cunctis qui nos uirtutibus auget,
Huic soli semper gloria summa, Deo.

d. iij





Kodak Color Control Patches

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

L-16
25



MATTH. XI.


Estote prudentes sicut Serpentes, &
simplices sicut columbae.



M. D. LVI.







Lietuvos Mokslų Akademijos

BIBLIOTEKA

L-16

25

Bu 83822-10